








# AESOPI
# FABULAE
## LATINÉ, ATQUE HISPANÉ
## SCRIPTAE,

QUAQUE FIERI POTUIT DILIGENTIA fidelitateque è Graeca Lingua in duas has traductae, iisque, qui Latinas litteras ediscere incipiunt, collatione linguarum utilissimae,

INTERPRETE
*PETRO SIMONE APRILEO*
*LAMINITANO.*



VALENTIAE:

Ex Praelo Salvatoris Faulì, juxta Regal. Colleg. Corporis Christi. Anno 1779.

adolescentes in illis aliquid proficiant, hoc certe nostro refrigerato adeo ardore illo cupiditateque ediscendi, qua homines olim sunt soliti flagellare, traductisque animis hominum ad perniciosas voluptates, cumulandaeque pecuniae aut honoris amplificandi curam laboriosam, inanem, & molestam, mirum quantopere opus est hujusmodi remedio. Ut enim medicos ad curandos aegros, quibus appetendi cibi vis omnino extincta sit, nihil non comminisci, ac nullum (ut ajunt) non movere lapidem videmus, ut extinctam illam cibi cupiditatem possint excitare: ita etiam & qui erudiendos adolescentes in Musis mansuetioribus susceperint, qui ediscendi difficultate perterriti spem & animum abjiciunt, facere debere mihi persuadeo, ut omnem adhibeant curam, atque diligentiam, quo adolescentes majore cum utilitate, minoreque cum difficultate possint erudiri. Cùm igitur linguarum cognitionem non qualecumque illam quidem, sed absolutam & perfectam, magnos in reliquis honestis disciplin[is] pro-

progressus faciendos in primis necessariam esse doctissimorum quorumque constare viderem testimonio : atque item quanta elegantium probatorumque auctorum paucitate, qui initio adolescentibus proponi possint, eorumque lectione illorum oratio expoliri posset, Latina lingua laboraret ; cernerem ( siquidem ex elegantium auctorum lectione linguarum elegantiam exhauriendam esse nemo non intelligit ) non inanem eorum laborem futurum judicavi, qui in hanc rem suum laborem atque operam conferrent, ut adolescentes jam inde a teneris suis annis primaque aetate eo latine loquendi usu imbuerentur, quem eos temporis progressu non poeniteret didicisse. Neque id putavi solum, sed etiam quantum mei ingenii vires passae sunt, efficiendum id, praestandumque curavi. Itaque & quinque libris ita praecepta artis Grammaticae proposui, ut qui illa perlegere non dedignaretur, non modo artis perceptione non omninò difficili aut obscura, sed & aliqua quoque sermonis proprietate atque elegantia uno eodemque labore ju-

va-

Puede Reimprimirse.

*Dr. Garcia, V. G. Interin.*



# CYPRIANO MARTINEZ,

## VIRO ILLUSTRI,

### TEMPLIQUE MAXIMI CAESARAUGUSTANI CARITATARIO,

## PETRUS SIMON APRILEUS

### S. P. D.



I ullum umquam fuit tempus, Cypriane Martinez illustris, quo qui erudiendos adolescentes in his humanioribus litteris sumserunt provinciam, medius fidius omnium longè laboriosissimam ac multò molestissimam, omni studio, cura, ac diligentia niti debeant, ut omni in docendo obscuritate, difficultateque remota, facili via ac non magno labore

adolescentes in illis aliquid proficiant, hoc certe nostro refrigerato adeo ardore illo cupiditateque ediscendi, qua homines olim sunt soliti flagellare, traductisque animis hominum ad perniciosas voluptates, cumulandaeque pecuniae aut honoris amplificandi curam laboriosam, inanem, & molestam, mirum quantopere opus est hujusmodi remedio. Ut enim medicos ad curandos aegros, quibus appetendi cibi vis omnino extincta sit, nihil non comminisci, ac nullum (ut ajunt) non movere lapidem videmus, ut extinctam illam cibi cupiditatem possint excitare: ita etiam & qui erudiendos adolescentes in Musis mansuetioribus susceperint, qui ediscendi difficultate perterriti spem & animum abjiciunt, facere debere mihi persuadeo, ut omnem adhibeant curam, atque diligentiam, quo adolescentes majore cum utilitate, minoreque cum difficultate possint erudiri. Cùm igitur linguarum cognitionem non qualecumque illam quidem, sed absolutam & perfectam, ad magnos in reliquis honestis disciplinis

pro-

progressus faciendos in primis necessariam esse doctissimorum quorumque constare viderem testimonio: atque item quanta elegantium probatorumque auctorum paucitate, qui initio adolescentibus proponi possint, eorumque lectione illorum oratio expoliri posset, Latina lingua laboraret; cernerem (siquidem ex elegantium auctorum lectione linguarum elegantiam exhauriendam esse nemo non intelligit) non inanem eorum laborem futurum judicavi, qui in hanc rem suum laborem atque operam conferrent, ut adolescentes jam inde a teneris suis annis primaque aetate eo latine loquendi usu imbuerentur, quem eos temporis progressu non poeniteret didicisse. Neque id putavi solum, sed etiam quantum mei ingenii vires passae sunt, efficiendum id, praestandumque curavi. Itaque & quinque libris ita praecepta artis Grammaticae proposui, ut qui illa perlegere non dedignaretur, non modo artis perceptione non omninò difficili aut obscura, sed & aliqua quoque sermonis proprietate atque elegantia uno eodemque labore ju-

va-

varetur. Et in nonnullas Ciceronis Epistolas, quae puerorum capacitati magis accommodatae mihi videbantur, duplicem vulgarem translationem & scholia nonnulla edidi, quibus utriusque linguae collatione non magno labore utriusque linguae proprietatem possent adolescentes minus difficile intelligere: & iis qui longius jam progressi essent, totam Dialecticae artis vim in duos non nimis magnos libros congessi, ut tandem aliqui non satis docti persuadere sibi vulgoque praedicare desinerent, res logicas Latina oratione non posse satis commode explicari. Verum adhuc id hac in re difficultatis reperi, quod epistolarum quidem argumenta, ut quae saepe de negotiis rebusque ad magis adultam aetatem pertinentibus sint scriptae, difficiliora interdum sunt, quam quae possint a pueris decimum aut duodecimum annum natis percipi & intelligi: ignorato autem scriptorum argumento, non est quod quis speret, verborum se vim usumque consecuturum. Poëtarum autem Comoedias, praeter quam quod anti-

ti-

tiquum sermonis genus redolent nonnihil, hoc habere vitii, quod hominum moribus & actionibus expressis tenellam aetatem prius vitiorum illecebris illiciunt, quàm prae aetatis teneritate, quid sibi poëta velit, quoque pacto nos erudire illis exemplis conetur, possit intelligere. In eam itaque opinionem veni, ut crederem illi aetati nihil esse posse aut jucundius aut utilius, quàm si quis Aesopi, quas vocant, Fabulas, ita e Graeca lingua in Latinam transferret, ut genere sermonis, aut eodem, aut certe non multum dissimili uteretur, atque usi essent ii, qui Latine optime dixisse putarentur: futurum enim inde, ut Fabularum suavitate deliniti, ediscendi laborem tolerarent, & eo genere sermonis assueti reliqua persequi minus gravarentur. Video equidem hunc conatum meum non sine alicujus arrogantiae suspicione nonnullos fore interpretaturos, quod eaedem istae Fabulae & a Valla, & ab aliis jam pridem in Latinam linguam sint translatae, quorum auctoritas tanta sit, ut qui eorum translatione non contentus sit, non

pos

possit in multorum vel reprehensionem, vel certe admirationem non incurrere. A quibus ego id peto, quod optimo jure posse mihi videor postulare, ut, cùm in aliis honestis disciplinis Platonis, Aristotelis, Plutarchi, multorumque aliorum scriptorum opera non semel, sed pluries videant fuisse translata, dent mihi quoque hanc veniam, ut in his Aesopi Fabellis efficere idem possim. Vereor enim hoc de tantis viris dicere: dicam tamen veritatis tuendae caussa ac non quod mortuorum auctoritati detractum quidquam velim, ordinem certe Fabularum immutarunt: multas suo nomine addiderunt: & certe in dicendo Ciceronis stylum, cui in Latina lingua nullus par putandus est, vel non consecuti sunt, vel certe non retinuerunt: atque ab orationis tum perspicuitate, tum proprietate longissime abfuerunt. Quae omnia ego magno meo labore nonnullisque vigiliis, ut consequi possem, conatus sum. Quid autem praestiterim, ii qui & Latine docti fuerint, & animo non iniquo judicare voluerint, melius judicabunt. Ut autem ti-

tibi hunc meum laborem dicare vellem, effecit in primis tua dignitas; qua tanta certe est, ut invidos, ac malevolos a detractione non mediocriter possit deterrere. Effecit tuus animus tum erga ipsas honestas disciplinas, tum etiam erga eos, qui ipsas profitentur, benignissimus. Effecit praeterea tua insignis & minime vulgaris eruditio, cujus caussa longissime gentium ad doctissimos viros audiendos profectus sis, & in honestis disciplinis tum magnam tuae aetatis partem consumsisti, tum etiam & non vulgarem famam tibi in Latinis litteris & Graecis comparasti, & nunc idipsum, quod tibi a sacris curandis datur otii, libenter in his Musis mansuetioribus consumis: adeo ut tuae eruditionis auctoritas non vulgare praesidium huic nostrae translationi contra non satis doctos reprehensores futura videatur. In primis autem ad id efficiendum meo erga te officio sum adductus. Tu enim is es, qui ex eo tempore, quo me in tuorum numerum referendum censuisti, non destitisti me & amore summo prosequi, & tuam voluntatem & re

&

& verbis benigne polliceri, adeo ut si quid mihi quantumvis arduum ac difficile occurrisset, in quo tuam in me benevolentiam experiri possem, te omnia mea caussa facturum fuisse non certe dubitarem. Accipe igitur mei erga te animi & officii hoc qualecumque pignus: illudque tua ista nativa benignitate benevolo animo complectere. Vale. Caesaraugustae, Kalendis Sextilis, anni CIↃ. IↃ. LXXV.

PE-

# PEDRO SIMON ABRIL
## AL BENIGNO I AHIDALGADO
## LETOR

S. I. P. F. D.

EL uso de las Fabulas, benigno i ahidalgado Letor, no solo es mui provechoso; pero aun es en el trato de las gentes mui antiguo. Porque a mas de que todas las naciones de Levante lo usaron mucho en sus conversaciones, vemos el uso de ellas en las Sagradas Escrituras en el libro de los Jueces, que fue no mucho tiempo despues de la libertad i salida de Egipto, quando aquel hijo del gran Capitan Gedeon reprehendiò la mala eleccion de los Siquimitas con aquella Fabula que propuso de los arboles. I no solamente es cosa mui antigua; pero aun tambien mui provechosa, i con que se han remediado muchos males. Pues sabemos por las Historias de los Ro-

ma-

manos, que aquel motin que en Roma hizo el pueblo contra el Senado, el qual con ningunas fuerzas bastàra a remediarse sin que del todo se perdiera la Rèpublica, lo bastò a remediar una Fabula, que Mennenio Agripa Senador Romano les propuso del vientre i de los miembros. Ni tampoco es solamente cosa provechosa, pero aun tambien mui deleitosa: pues aun en la Sagrada Escritura leemos, que aquellos Reyes de Persia se alegravan mucho con las Fabulas, que les contavan en las conversaciones. Pero para quien sobre todo mas utiles, i mas apacibles son, es la edad de la niñez, la qual de suyo es aficionada a cuentos semejantes: i a rebuelta de ellos comienzarà a gustar de la prudencia, i a bever buenas opiniones de las cosas: pues las Raposas, i las Aves, i los demàs animales le enseñan como se ha de tratar en todo el discurso de su vida. I assi vemos ser mui alabadas por todos los varones sabios de aquel antiguo tiempo, i señaladamente por aquel grave Filosofo Socrates, el qual, como Platon escrive

en

en el dialogo *Fedon*, donde relata su muerte, al tiempo de ella las alabò mucho. Yo pues viendo la mucha utilidad que de la licion de ellas redunda, i entendiendo, que el aprender Latin, i otra qualquier lengua, no consiste tanto en multiplicar preceptos (aunque algunos son necessarios) quanto en la conferencia de las lenguas, e imitacion de los buenos modos de decir, determinè traducirlas originalmente de la lengua Griega en la Latina, i Castellana, guardando aquella propiedad de decir, que en ambas a dos lenguas guardan aquellos que se tiene por cierto las hablan mas propia, i mas limadamente, para que los que aprenden Latin, desde sus tiernos años se avecen a lengua, que verdaderamente sea Latin (porque en todo he procurado seguir el modo de hablar de Tulio, i de los de su edad, que fue aquella, en que la lengua Latina tuvo el remate de su perficion) i no a modos de decir, que despues si quieren ser propios en la lengua, los avràn de dejar con gran fatiga, i desgusto. Aquellos pues, que a la propiedad

dad

dad del Latin son aficionados, i rehusan de leer a sus oyentes las Comedias de Terencio, por representarse en ellas algunos hechos no mui honestos, ni a las buenas costumbres de los niños convenientes, podrànse aprovechar para ello de este nuestro pequeño trabajo i traslacion: que por estar hecha por aquel mismo estilo i propiedad de lengua (como lo podrà juzgar quien quiera que en ello pudiere dar su voto) que estàn las Comedias, valdràle para el uso de la lengua: i no le harà ningun perjuicio para la bondad i perficion de las costumbres.

DON

# DON GREGORIO MAYÁNS
## I SISCÁR
# A LOS LETORES
## DE LAS FABULAS DE ISOPO.

ES cierto que algunos insignes Hombres han tenido especial don de Dios para enseñar a otros. Uno de ellos me parece aver sido el Maestro Pedro Simon Abril, cuyas ideas fueron mui acomodadas para la buena instruccion de la tierna edad. Señaladamente se puede esto observar en la traducion que hizo de las Fabulas de Isopo, natural de Frigia, i contemporaneo segun Plutarco (*a*), i Diogenes Laercio (*b*), de los siete Sabios de Grecia: pero tan honrosamente distinguido de ellos, que los Athenienses no se contentaron con levantarle una grande estatua, como lo refiere Fedro, su feliz imi-

(*a*) *In septem Sapientum convivio.*
(*b*) *In Chilone.*

imitador (*a*); sino que segun dice en un ingenioso epigrama (*b*) Agathias Escolastico, que floreciò en tiempo del Emperador Justiniano, los mismos Athenienses, que levantaron estatuas a los siete Sabios de Grecia, colocaron la de Isopo en primer lugar, aviendo sido labrada por Lisipo, escultor el mas insigne en tiempo de Alejandro el Grande. I con razon; porque la enseñanza de los otros Filosofos no es tan a proposito para los de poca edad, la qual ni se acomoda bien a las sentencias sueltas, que hacen en ellos poca impression, por faltarles el cevo del deleite, y la reflexion de su importancia: ni a las questiones espinosas diligentemente tratadas; porque no son capaces de entenderlas, i les son molestas. I, si atendemos a los Poetas Filosofos, que intentaron hacer agradable su dotrina con el artificio de las Fabulas; con ellas obscurecieron la misma dotrina, que devian en-

(*a*) *Lib. 2. fab. ultim.*

(*b*) *In Anthologia Graecorum Epigrammatum, lib. 4. tit. 33.*

enseñar, siendo dificultoso aun a los hombres eruditos, y sabios, entender el verdadero sentido de ellas, o historial, o fisico, o moral. I assi ellas presuponen el conocimiento de las cosas sobre que devian instruir. Al contrario el Apologo, en que se finge que hablan los irracionales, es una especie de Fabula, en que por medio de una ficcion inocente, i decorosa, explicada con brevedad, sencillez, i claridad, agradablemente se enseña la Filosofia Moral, la Economica, i la Politica, corrigiendo los yerros, que se suelen cometer. I esto es lo que consiguiò Isopo con sus Apologos, en los quales fue tan feliz, que, como dijo Quintiliano (*a*), i despues de èl Theon Alejandrino (*b*), i Prisciano (*c*), aunque no fue inventor de este genero de Fabulas; pues antes de èl ya avia fingido Hesiodo una conversacion entre el Ruiseñor, i el Gavilàn: i se dice que avian usado

 de

(*a*) *Institut. Orat. lib. 5. cap. 11.*
(*b*) *In Progymnasmatis.*
(*c*) *Initio libri de Praeexcitamentis Rhetoricae.*

de esta manera de ficcion, Connis en Cilicia, Thuro en Sibari, i Cibisso en Libia; con todo esso los Apologos bien ideados, y expressados, se llaman Isopicos, tomando el nombre, i la alabanza de tan insigne Maestro.

Su invencion es inocente: porque segun dijo Filostrato en nombre de Apolonio Tianeo (*a*), las Fabulas del Tiempo Heroico suelen corromper las costumbres con la descripcion de los amores torpes, vicios cuya sola relacion es incitativa de la sensualidad: pero las de Isopo proponen tales ideas de los vicios, que no ofenden por ser como propiedades de las cosas, i no efectos voluntarios de la mala inclinacion de los hombres, a la qual corrige la ingeniosa aplicacion de los avisos. Es tambien inocente su ficcion; porque segun enseñò San Agustin en sus Questiones Evangelicas (*b*), enderezandose aquella ficcion à la significacion de alguna verdad, no es mentira, sino figura de

(*a*) *Lib. 5. cap. 5.*
(*b*) *Lib. 20. quaest. 51.*

de la verdad. I assi las Fabulas de Isopo no engañan; porque, como lo advirtiò Macrobio en el Sueño de Cipion (*a*), su ficcion carece de verisimilitud.

Pero esta misma ficcion es decorosa: porque los animales, introducidos en ella, representan las inclinaciones, las virtudes, i los vicios, segun su naturaleza. El Leon unas veces representa la soberanìa sobre los demàs animales; otras, la generosidad; otras, la tiranìa; el Cordero, la mansedumbre; la Oveja, la inocencia: el Perro, la fidelidad; la Zorra; la astucia; la Liebre, i el Ciervo, la medrosidad; la Mona, el demasiado amor de las cosas propias; el Asno, el sufrimiento, i la trabajosidad; el Lobo, la crueldad; la Hormiga, la providencia; la Tortuga, el recogimiento; la Culebra, la ocultacion de los designios; el Topo, la ceguera de animo; el Cangrejo, los pensamientos torcidos; el Aguila, la ferocidad; el Gavilàn, i el Cuervo, la rapacidad; la Corneja, la parleria; la Cigarra, la pereza; el Pavon, la ufa-

(*a*) *Lib. 1. cap. 2.*

ufania ; la Paloma , la sencillez ; el Ruiseñor , el canto importuno ; el Gallo , la vigilancia ; la Abeja , la industria.

La narracion breve, sencilla , i clara hace concebir mui bien todas estas ideas , i como el lenguage , que se atribuye à los irracionales , està aplicado tan conformemente a su naturaleza , i propiedades , causa increìble gusto el vèr trasladada la racionalidad a los irracionales , i admirablemente formada una nueva especie de ciudad , cuyo ayuntamiento se endereza al provecho humano ; el qual se logra por medio de los avisos convenientes , enderezados segun Fedro (*a*) , a la correccion de los hombres. De manera que quantas Fabulas compuso Isopo , otras tantas amonestaciones hizo , con que dulcemente , i sin rodeos enseñò la Filosofia Moral , la Economica , i la Politica ; viniendo assi a suceder , que sus Fabulas son la Filosofia de los niños. I segun Aulo Gelio (*b*) , Isopo enseñò las cosas dignas de aviso , i de persua-

---

(*a*) *In Prologo libri 2.*
(*b*) *Noct. Atticar. lib. 2. cap. 29.*

suadirse, no severa, ni imperiosamente, como los demàs Filosofos; sino fingiendo graciosos, i deleitosos Apologos, procurando infundir en los animos las cosas provechosas, i sabiamente observadas, i dichas de un modo alagueño, que dà ganas de oìrlas. De cuyo gusto nace admitir bien la amonestacion, huir de los vicios, que se vituperan, i seguir de buena gana las virtudes, que se alaban: que es el fruto de esta especie de ficcion. I assi ingeniosamente se inventò segun Filostrato (*a*), que aviendo Mercurio repartido entre los Filosofos todas las partes de la Sabiduria, concediò a Isopo el arte de fingir.

Con grande acuerdo pues Socrates, principe de los Filosofos Morales entre los Griegos, puso en verso las Fabulas de Isopo segun Platon en su *Fedon*, o *Dialogo de la Inmortalidad del Alma*, i Plutarco en su libro *de que se han de oìr los Poetas*; i assi mismo Fedro, que escriviò en tiempo de Tiberio, usando de su libertad en la ficcion, puliò el mismo assunto con ver-

(*a*) *In Vita Apollinii, lib. 5. cap. 5.*

versos senarios sumamente agradables; i algunos siglos despues Avieno con versos elegiacos, para que la harmonìa de la oracion hiciesse mas agradable la enseñanza, i èsta se fijasse mejor en los animos.

Platon en el *libro segundo de Republica* exhorta a las nodrizas a que instruyan a los niños con cuentos. I assi observamos, que se ha practicado, i practìca en casi todas las Naciones del mundo por un consentimiento nacido de la experiencia que se tiene del provecho, que causa este genero de invencion acomodada a la inteligencia de la edad infantil. En efeto las Fabulas de Isopo se hicieron tan comunes en Grecia, que passò a ser proverbio aplicado a necios, *que ni aun a Isopo avian leìdo*: como si digeramos en España: *No ha leìdo a Frai Anselmo de Turmeda.* Assi dijo Aristoteles en sus *Eves*: *Eres tan necio, i tan poco avisado, que ni aun a Isopo has tenido entre manos.*

Mucho pues devemos al Maestro Pedro Simon Abril, que hizo familiares a los Españoles las Fabulas de Isopo, aviendolas traducido en las dos lenguas, Lati-

tina, i Española, con loable acierto, i prudente providencia. Porque, si solamente lo huviera egecutado en una lengua, no se frequentaria tanto su letura en las Escuelas: pero de esta manera, estando pareadas, i confrontadas las dos traduciones, la Española facilita el conocimiento de la Lengua Latina: i el deseo de aprenderla hace mas usual este libro a los de tierna edad. Publicòse la primera vez en Zaragoza impresso por Miguel Huessa, año 1575. en 8. la segunda en Madrid, año 1588. la tercera en Zaragoza año 1647. en la misma forma: i despues de tanto tiempo se publicò quarta vez en Valencia, año 1760. en 8. i quinta vez se publíca en Valencia, para que los que desean aprender facil, i gustosamente la Lengua Latina, logren un estudio apaciblemente provechoso por medio de tan ingeniosas ficciones; aviendo sido costumbre de todas las Naciones mas sabias hacer agradable la enseñanza usando de semejante artificio. Porque, como la Verdad es como el Sol; para verla, observarla, i contemplarla mejor, con-

vie-

viene templar sus luces con algun ingenioso artificio, que impida el deslumbramiento, i facilite su inteligencia. I para esto ningun medio mas a proposito que el de la ficcion inocente. I assi los Egipcios enseñaron las verdades, que tenian por misteriosas, valiendose de Geroglificos; los Poetas, de Fabulas; los Filosofos, tal vez de Enigmas; los Profetas, de Alegorias; la Divina Sabiduria, de Parabolas. Los Oradores para persuadir mejor han hermoseado sus pensamientos con figuras de ficcion. Todos los hombres para hablar mas eficazmente suelen usar de Metaforas, que tambien son ficciones. Aprovechemonos pues de las Fabulas de Isopo, que pura, i elegantemente tradujo en Latin, i Español, Pedro Simon Abril.



# AESOPI FABULAE

Latinè atque Hispanè scriptae, quaque fieri potuit diligentia, fidelitateque è Graeca lingua in duas has traductae, iisque qui Latinas litteras ediscere incipiunt, collatione linguarum utilissimae: interprete Petro Simone Aprileo Laminitano.

## Aquila & Vulpes.

*Aquila & Vulpes cùm inter se amicitiam inivissent, propinquis in locis habitare*

# *LAS FABULAS DE ESOPO*

*escritas en Latin i Romance, i con toda la diligencia possible traducidas de lengua Griega en estas dos: i mui utiles para los que comienzan de aprender letras Latinas, por la conferencia de las lenguas: traducidas por Pedro Simon Abril, natural de la Mancha.*

## *El Aguila i la Raposa.*

EL Aguila i la Raposa travãdo entre sì amistad, determinaron de morar en luga-

*re decreverunt, suamque amicitiam consuetudine familiari confirmaverunt. Aquila igitur super alta quadam arbore nidum suum construxit: Vulpes verò in proximis arbustis filios suos peperit. Cùm igitur quandoque Vulpes venatum profecta esset, Aquila cibi indigens advolavit in arbusta, arreptosque Vulpis filios unà cum suis pullis devoravit. Cùm igitur Vulpes rediisset, ac quod factum erat, cognovisset; doluit quidem vehementer, non tam de filiorum nece, quàm de vindictae inopia. Quòd enim terrestris erat, volucrem inimicam persequi non poterat. Quapropter stans procul (id quod iis qui afflicta fortuna sunt, facillimum est factu) inimicae maledicebat. Non multò autem*

gares cercanos: i hicierõ mas estrecha su amistad con la familiar conversaciõ. El Aguila pues hizo su nido sobre un arbol alto: i la Raposa pariò sus hijos en unas matas alli cerca. Aviendo pues ido la Raposa una vez à caza, el Aguila viendose necessitada de mantenimiento, bolò à las matas, i arrebatando los hijos de la Raposa, comiòselos juntamente con sus pollos. Bolviendo pues la Raposa, i entendiendo lo que avia passado, sintiòlo cierto mucho, no tanto por la muerte de los hijos, quanto por la falta de la satisfacion. Porque como era terrestre, no podia perseguir à su enemiga, que bolava. I assi puesta de lejos (lo qual à los que son de corta fortuna les es mui facil de hacer) maldecia à su ene-

*tem pòst cùm quidam Capram in agro quodam sacrificarent, Aquila advolans rapuit partem quandam sacrificii cum carbonibus accensis, in nidumque adduxit. Cùm autem vehemens quidam ventus esset excitatus, flammaque accensa, Aquilae pulli, ut qui adhuc sine pennis essent, ambusti in terram deciderunt. Vulpes autem accurrens omnes in Aquilae conspectu devoravit.*

enemiga. A cabo pues de poco, sacrificando unos una Cabra en un campo, bolò el Aguila, i arrebatò una parte del sacrificio con brasas encendidas, i llevòla al nido. Levantandose pues un mui gran viento, i encendiendose una llama, los pollos del Aguila, como estavan aun sin plumas, medio quemados cayeron en el suelo. Y la Raposa corriò, y en presencia del Aguila se los comiò todos.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos qui amicitiam violarint, etiamsi hominum vindictam propter eorumdem imbecillitatem effugerint, divinam tamen ultionem non fore effugituros.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que violaren el amistad, aunque no lleven el pago de los hombres por sus pocas fuerzas, à lo menos no se escaparàn del castigo de Dios.

Aquila & Scarabeus.

L*Epus cùm persequentem Aquilam fugeret, in Scarabei lustrum confugit : eumque deprecata est, uti se ab Aquila defenderet. Scarabeus igitur Aquilam deprecabatur, ne Leporem occideret, adjurans eam per Jovem opt. max. ne suam despiceret parvitatem. Aquila irata Scarabeum ala percussit, Leporemque arreptum devoravit. Scarabeus autem simul cum Aquila advolavit, ut ubinam nidum suum haberet, intelligeret : profectusque ova ejus discerpsit, ac perdidit. Quod cùm Aquila aegrè ferret, quemquam id facere esse ausum, secundò in altiore loco ova sua repo-*

*suit:*

*El Aguila i el Escarabajo.*

UNa Liebre huyendo del Aguila, que la seguia, acogiòse à una choza de un Escarabajo : i suplicòle, que la defendiesse del Aguila. El Escarabajo pues suplicava al Aguila, que no matasse à la Liebre, conjurandola por el supremo Jupiter, que no tuviesse en poco su pequeñez. El Aguila airada hiriò al Escarabajo con el ala, i arrebatando la Liebre se la comiò. Mas el Escarabajo bolò juntamente con el Aguila, por saber donde tenia su nido : i fue allà, i despedazòle, i echòle à perder sus huevos. Sintiendolo esto mucho el Aguila, que ninguno oviesse sido osado de hacer aquello, puso la segunda vez sus huevos en un lugar mas alto:

don-

*suit: ubi Scarabeus secundò quoque iisdem malis eam affecit. Aquila igitur consilii omnino inops ad Jovem profecta est, huic enim sacra esse fertur, ut in ejus sinu tertium partum suum reponeret. Cui sua ova commendavit, utque illa diligenter servaret, deprecata est. At Scarabeus globo ex stercore confecto ad Jovem ascendit, illumque in ejus sinum injecit. Jupiter igitur cùm surrexisset, ut stercus excuteret, & ova quoque oblitus disjecit: quae cùm cecidissent, contrita sunt. Cùm autem ex Scarabeo intellexisset, ipsum id ea gratia effecisse, ut Aquilam ulcisceretur, ut quae non modò se injuria affecisset, verum & in Jovem quoque ipsum impia fuisset, redeunti ad se Aquilae di-*

donde el Escarabajo le hizo el mismo daño. El Aguila pues no sabiendo què hacerse, fuesse à Jupiter, al qual dicen que es consagrada, para poner el tercer parto en su seno. Al qual le encomendò sus huevos, i suplicòle que los guardasse con mucha diligencia. Mas el Escarabajo haciendo una bola de estiercol, subiò à Jupiter, i echòsela en el seno. Levantandose pues Jupiter para sacudirse el estiercol, olvidado echò tambien los huevos, los quales cayendo hizieronse pedazos. Entendiendo pues del Escarabajo, que lo avia hecho por se vengar del Aguila, la qual no solamente à èl le avia hecho agravio, pero aun contra el mismo Jupiter avia sido desacatada: quando el Aguila bol-

*dixit Scarabeum esse, qui eam afficeret molestia: neque id quidem injuria. Verum cùm Jupiter nollet, Aquilarum genus dissipari, Scarabeo consuluit, ut fœdus cum Aquila percuteret. Qui cùm id facere nollet, Jupiter Aquilarum partum in aliud tempus transtulit, quo Scarabei non appareant.*

bolviò à èl, dijole, que el Escarabajo era el que le dava pena, i con mucha razon. Pero Jupiter no queriendo que se perdiesse el linage de las Aguilas, aconsejò al Escarabajo, que hiciesse liga con el Aguila. Pero como no lo quiso hazer, Jupiter mudò la cria de las Aguilas para otro tiempo, en que no parecen Escarabajos.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, ne quem parvipendamus: praesertim cùm intelligamus neminem adeo imbecillum esse, qui si injuria afficiatur, ulcisci se non possit.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que no tengamos à ninguno en poco, especialmente pues entendemos, no aver ninguno tan flaco, que si le hacen agravio, no pueda vengarse.

## Philomela & Accipiter.

*Philomela in arbore sedens canebat, ut facere consuevit. Quam cùm Accipiter vidisset, fa-*

## *El Ruiseñor i el Gavilàn.*

El Ruiseñor sentado en un arbol cantava, como suele. Al qual viendo un Gavilàn,

*famelicusque esset, advolans arripuit. Verum illa cùm se perituram videret, Accipitrem, ne se occideret, deprecabatur. Neque enim se satis esse ad famem Accipitris explendam. Oportere autem Accipitrem cibi egentem ad majores aves converti. Cui Accipiter respondens dixit: Imprudens equidem essem, si cibum, quem in manibus paratum habeo, dimitterem: eaque, quae nusquam appareant, persequerer.*

làn, que tenia hambre, arrebatòlo de buelo. Viendo pues el Ruiseñor su muerte al ojo, suplicava al Gavilàn, que no lo matasse. Porque èl no era bastante para matar la hambre del Gavilàn. Y que si el Gavilàn tenia hambre, era razon, que se bolviesse à otras aves mayores. Al qual el Gavilàn respondiendo, dijo: Bien serìa yo loco, si dejasse la vianda, que tengo en las manos aparejada, por ir à buscar la que no sè donde se està.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eodem quoque modo eos homines imprudentes esse, qui rerum majorum incertarum tamen spe, quae habeant in manibus dimittant.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que de la misma manera son imprudentes aquellos hombres, que por esperanza de cosas mayores, pero inciertas, dejan lo que tienen en la mano.

## Vulpes & Hircus.

*Vulpes & Hircus siti enecti in puteum descenderunt. Cùm autem jam bibissent, Hircusque quaereret ascensum, ait illi Vulpes: Esto spe bona. Excogitavi enim utile quiddam amborum nostrûm saluti. Si enim tu rectus steteris, pedesque anteriores parieti adjungeris, cornuaque tua in posteriorem partem inclinaveris, ego per tuos humeros cornuaque percurram: ac cùm sic è puteo exiliero, te hinc deinceps extraham. Cùm igitur Hircus promptè ad id suum officium praestitisset, Vulpesque sic è puteo exiliisset, circum os putei laeto, & hilari vultu exultabat. Hircus autem eam, ut* quae

## *La Raposa i el Cabron.*

LA Raposa i el Cabron muertos de sed bajaron à un pozo. Despues de aver bevido, como el Cabron buscava por do subir, dijole la Raposa: Ten buena esperanza. Porque he imaginado una cosa util para el bien de ambos à dos. Porque si tù te pones derecho, i arrimas los pies delanteros à la pared, i abajas los cuernos àcia tras, yo subirè por encima de tus ombros i tus cuernos: i quando desta manera avrè salido del pozo, sacarte he despues de aqui. Haciendo pues el Cabron prontamente para esto su oficio, i salida ya del pozo la Raposa desta suerte, andava à la redonda del pozo con el semblante regocijado i alegre. Mas el Cabron

*quae pactis conventisque non staret, incusabat. Quae illi respondit: Atqui si tot tibi mentes essent, quot in mento tibi pili sunt, non prius in puteum descendisses, quàm de ascensu cogitasses.*

bron quexavase della, que le faltava à los pactos i conciertos, la qual le dixo: Si tantos entendimientos tuvieras, quantos pelos tienes en la barba, no baxàras al pozo sin pensar primero en la subida.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, oportere quoque eodem modo prudentem virum prius rerum fines considerare, ac sic deinceps ipsas aggredi.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que de la misma manera el varon cuerdo ha de mirar primero los fines de las cosas: i despues emprendellas de hacer.

Vulpes & Leo.

*Vulpes cùm Leonem numquam vidisset, casuque quodam obviam illi facta esset, principio quidem adeo graviter extimuit, ut parum abfuerit, quin prae timore moreretur. Cùm autem secundò eum vi-*

*La Raposa i el Leon.*

La Raposa no aviendo jamàs visto al Leon, i topandose con èl acaso, luego luego tuvo tan gran temor, que casi vino de temor al punto de la muerte. Pero quando lo viò segunda vez, aunque temiò,

*vidisset, extimuit quidem, non tamen ita ut prius. Cùm verò tertiò illum aspexisset, tantam contra eum audaciam sumpsit, ut & accedere ad illum, & cum eo colloqui ausa sit.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, quae terribilia natura sint, usu atque consuetudine fieri facilia.*

Felis & Gallus.

*FElis cùm Gallum quemdam comprehendisset, volebat eum aliqua honesta causa devorare. Itaque accusabat eum dicens, illum esse hominibus molestum, dum noctu vociferatur: nec illis dulci ac suavi somno frui, permittit. Cùm autem Gallus responderet se id efficere, ut*

miò, pero no tanto como la primera. Mas quando yà la tercera vez lo viò, tuvo para con èl tan gran osadia, que se atreviò à llegarse à èl, y à comunicar con èl.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que las cosas, que de su naturaleza ponen terror, con el uso i platica se hacen faciles de tratar.

*El Gato i el Gallo.*

UN Gato tomò à un Gallo: i queriaselo comer con algun honesto achaque. Y assi acusavalo diciendo, que era à los hombres pesado, gritando de noche, i no dejandoles gozar del dulce i apacible sueño. Pero respondiendo el Gallo, que lo hacia por mirar por sus

*ut eorum commodis consulat, ut illi ad propria opera excitentur: rursus felis hanc illi actionem intendebat, quòd in naturam impius esset, seque cum matre atque sororibus misceret. Cùm autem Gallus, & hoc quoque hominum utilitatis gratia se facere, diceret, ut ita illis inde major ovorum copia, & ubertas proveniat, respondit felis: Etiam si tu multis verisimilibus rationibus abundes, ego tamen incoenatus non manebo. Atque ita illum devoravit.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos qui prava sint natura, si semel peccare decreverint, neque id probabili aliqua ratio-*

*tio-*

sus provechos, para que ellos se despierten à hacer sus haciendas, el Gato poniale otra acusacion, diciendo, que era desacatado contra la naturaleza, rebolviendose con su propria madre i sus hermanas. A lo qual como el Gallo respondiesse, que tambien lo hacia esto por el provecho de los hombres, para que de alli les proceda mayor abundancia i fertilidad de huevos, respondiò el Gato: Pues à buena fé que por mas razones buenas que tù tengas, yo esta noche no quede sin cena, i con esto se lo comiò.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que son de suyo de mal animo, quando se determinan de hacer mal, si no lo pueden hacer con algun

gun

*tione facere potuerint, palam tamen illud efficere, & apertè.*

Vulpes.

V*Ulpes quaedam cùm in casse quodam comprehensa esset, indeque abscisa cauda evasisset, non putabat sibi vitam vitalem esse prae pudore. Decrevit igitur illud idem reliquis quoque vulpibus persuadere, ut mali communitate suum illud dedecus posset occultari. Cùm igitur vulpes omnes ad concionem convocasset, hortabatur eas, ut caudas suas abscinderent, ut quae non solùm indecora membra essent, verum etiam onera pendentia supervacua. Respondens autem quaedam ex reliquis dixit: Heus tu, nisi id quod nobis suades expedisset tibi, numquã certè tu istud nobis suasisses.*

Fa-

gun color honesto, lo hacen à la clara i con toda desverguenza.

*Las Raposas.*

AViendo una Raposa caido en un cepo, i escapando de alli con la cola cortada, pareciale, que no avia de vivir de pura verguenza. Determinò pues persuadir lo mismo à las demàs Raposas, para encubrir su afrenta con la comunidad del mal. Juntando pues todas las Raposas à concejo, acósejàvales, que se cortassen las colas, como miébros, que no solamente eran deshonestos; pero aun pesos, que en balde les colgavan. Pero una de las otras respondiòle diciendo: Hola tù, si lo que tù nos aconsejas no te cumpliera à ti, nunca tù nos lo aconsejàras.

*De-*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet malos homines proximis ex suo proprio commodo consulere, non autem quod ullà in eos sint benevolentiâ.*

Declaracion de la Fabula.

Esta fabula nos muestra, que los hombres malos dàn à sus progimos consejo conforme à su proprio interese, i no porque les tengan ninguna buena voluntad.

Vulpes & Rubus.

*Vulpes quaedam, quae in sepem ascenderat, cùm lapsa caderet, apprehendit rubum, ut se ejus ope & auxilio retineret. Cùm autem ejus aculeis suos pedes pupugisset, eâque ex re graviter doleret, dixit illi: Vae mihi! Accessi enim ad te tanquam ad fautorem: tu autem multò pejus me tractasti. Cui rubus respondit: Falsa animi es: heus tu, quae me apprehendere volueris, qui soleo reliquos omnes apprehendere.*

La Raposa i la Zarza.

Una Raposa que avia subido à un septo, desvarò: i cayendo echò mano de una Zarza para detenerse cō su favor i ayuda. I como se lastimò los pies con sus espinas, i le quedò dello gran dolor, dixole: Ai de mi! Acogìme à ti como à valedora: i tù hasme hecho mui peor tratamiento. A la qual respondiò la Zarza: Mucho te engañaste, amiga, en querer asirte de mi, que de todos los demàs suelo echar mano.

Fa- De-

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, nihilominus eos esse stultos, qui eorum auxilio uti volunt quibus magis nativum est, injuria alios afficere.*

Vulpes & Crocodilus.

*VUlpes & Crocodilus de generis nobilitate contendebant. Cùm igitur Crocodilus multa de majorum suorum splendore magnificè superque jactaret, ut qui exercitationum principes fuissent, Vulpes respondens dixit: O amice, vel te certè tacente ex ipsa tua pelle intelligi manifestè potest, te ex antiquissimis temporibus esse valdè exercitatum.*

Fa-

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que de la misma manera son necios los q̃ se quieren valer del favor de aquellos, à quien mas natural les es hacer agravio à los otros.

*La Raposa i el Cocodrillo.*

LA Raposa i el Cocodrillo disputavan de la nobleza del linage. Jactandose pues largamente i con gran magnificencia i sobervia el Cocodrillo del lustre de sus passados, como de gentes, que avian sido los principales en los exercicios, respondiendo la Raposa le dixo: O amigo, esso sin que tu lo digas, por tu misma piel se puede ver bien claro, que dende mui antiguos tiempos estàs mui egercitado.

*De-*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, mendaces homines redargui ipso rerum experimento.*

Galli & Perdix.

QUidam, qui domi Gallos habebat, emit & Perdicem, quam, ut cùm illis simul pasceretur, dimisit. Verum cùm Galli illam verberarent, & à se repellerent, illa graviter moerebat, putans se ea ab illis pati, quòd esset peregrina. Verum cùm paulò post & ipsos quoque inter se pugnantes conspexisset, seque vicissim ferientes rejecto moerore ait: Ast ego quidem deinceps non amplius moerebo: praesertim cùm videam & ipsos quoque inter se ipsos depugnantes.

Fa-

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que la esperiencia de las cosas es la que confunde à los hombres mentirosos.

*Los Gallos i la Perdiz.*

UNo que tenia en su casa unos Gallos, comprò tambien una Perdiz: i echòla que comiesse juntamente con los Gallos. Pero como los Gallos la picavan, i echavan de su compañia, ella entristeciase mucho, pensando, que por ser forastera le hacian tan mal tratamiento. Pero como à cabo de poco los viò tambien à ellos reñir entre sì, i herirse el uno al otro, dexada tristeza dixo: A buena fé que yo de oi mas no me entristezca mas, especialmente pues veo, que ellos tambien entre sì tienen sus contiendas.

*De-*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, prudentes homines facilius ferre contumelias, quibus ab aliis afficiantur, cùm viderint eos ne suis quidem ipsis parcere.*

Declaracion de la Fabula.

Esta fabula nos muestra, que los hombres cuerdos sufren con mas paciencia las afrentas, que otros les hacen, quando veen, que ellos ni aun à los suyos mismos no perdonan.

## Vulpes.

*VUlpes cùm in Mimi domum profecta esset, singulaque ejus vasa considerasset, Larvae caput invenit summo artificio fabricatum. Quod cùm in manibus sumpsisset, ait: O quale caput, si cerebrum haberet!*

## La Raposa.

UNa Raposa entrò en casa de un Representante, i rebolviendole todos sus vasos, hallò una cabeza de una mascara hecha con mui gran artificio. Y tomandola en las manos, dixo: O que hermosa cabeza, si tuviera sesos!

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad homines, corpore quidem illustres: animo verò inconsultos & dementes.*

Declaracion de la Fabula.

Esta fabula toca à los hombres, que en el cuerpo son ilustres: pero en el animo inconsiderados i faltos de juicio.

Carbonarius & Fullo.

C*Arbonarius cùm in domo quadam habitaret, Fullonem rogabat, ut ad cum eo habitandum immigraret. Fullo autem respondens ait: Non equidem id facere possum. Malè enim metuo, ne quae ego dealbavero, fuligine tu repleas.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet eos, qui dissimili ingenio sint, societatem colere non posse.*

Piscatores.

Q*Uidam Piscatores suum rete trahebant. Quod cùm grave esset, laetabantur atque exultabant, multam praedam inesse existimantes. Verum cùm illud ad littus subduxissent, pauculos quidem pis-*

*El Carbonero i el Batanero.*

UN Carbonero morava en una casa: i rogava al Batanero, que se passasse à vivir con èl. Mas el Batanero le respondiò diciendo: No es cosa essa, que yo la pueda hacer. Porque temo mucho, que todo lo que yo emblanqueciere, tù lo henchiràs de hollin.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que son de diferente condicion, no pueden hacer buena compañia.

*Los Pescadores.*

UNos Pescadores tiravan su red. I como venia pesada, alegravanse i saltavan de placer, creyendo, que traìan gran presa. Pero quando la sacaron à la costa, hallaron mui poco pescado, i una pie-

*pisces invenerunt, lapidem verò satis grandem. Coeperunt itaque ea ex re maxima tristitia & moerore affici, non tam quidem ob piscium paucitatem, quàm quòd contrariam opinionem animo conceperant. Quidam verò ex illis senior dixit: Ne angamur animis, ò socii; voluptatis enim soror, ut videtur, est tristitia.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, neminem debere aegrè ferre, quòd eum sua spes frustrata sit.*

Jactator.

Q*Uidam vir, qui peregrinatus erat, cùm in suam patriam rediisset, multa se in variis terris viriliter fecisse praedicabat, praesertimque Rhodi*

dra mui grande. Comenzaron pues de entristecerse i apassionarse, no tanto por la poquedad de los peces, quanto por aver tenido tan contraria en sus animos la opinion. Uno pues de ellos, que era mas viejo, dixo: No nos apassionemos, compañeros: que la tristeza, segun aparece, es hermana del contento.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que no nos avemos de apassionar, porque nos salga falsa la esperanza.

*El Fanfarròn.*

UN hombre que avia andado varias tierras, despues de buelto à la suya, jactàvase, que avia hecho en varias tierras muchas cosas varonilmente, i señaladamente en Rhodas

*di tantum spatii saliisse, quantum nemo illius loci salire potuisset: idque testibus qui ibi affuissent, nominatis confirmabat. Quidam autem ex iis, qui aderant, respondens dixit ei: Heus tu, si quidem vera praedicas, quid tibi opus est testibus? En tibi Rhodus, enque tibi spatium.*

avia saltado un salto, que ninguno de alli lo avia podido saltar: i probabalo nombrando por testigos los que se avian hallado alli presentes. Respondiendole pues uno de los que alli estavan, le dixo: Amigo, si verdad dices, què has menester testigos? Haz cuenta que aqui es Rhodas, i que aqui es el salto.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, otiosum esse supervacuumque sermonem illum, qui rerum experimentis non possit confirmari.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que todas palabras que no se pueden demostrar por la experiencia de las cosas, son ociosas i de ningun fruto.

Qui promittit, quod fieri non potest.

V*Ir quidam pauper & aeger cùm malè se haberet, atque jam à medicis desperatus esset, deos deprecabatur, promittebatque, si sibi pristi-*

*El que promete lo que no es possible.*

UN hombre pobre i enfermo estando al cabo i ya desahuciado de los medicos, suplicava à los dioses, prometiendoles, que si le

 bol-

*stinam valetudinem restituerent, se illis centum boves in sacrificium oblaturum. Cùm autem ejus uxor eum rogaret: Et undenam tibi, si convalueris, hi boves? Ille respondit: Quid putas, si hinc surrexero, deos haec fore à me repetituros?*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, multos esse, qui facillimè quidem ea polliceantur, quae re ipsa praestare non possint.*

Vir maleficus.

V*Ir quidam maleficus ad Apollinis, qui in Delphis est, oraculum profectus est, ut illud pertentaret. Sumptoque in manu passerculo, quem pallio occultavit, ad tripodem accessit, deumque verbis his-*

bolvian la salud passada, les ofreceria cien bueyes en sacrificio. Preguntandole pues su muger: I de donde tendràs tù essos, si convalecieres? Respondiò èl: I còmo pretendes tù, que si de aqui me levanto, me pediràn los dioses la palabra?

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai muchos, que prometen mui facilmente lo que por la obra no pueden cumplir.

*Un hombre malvado.*

UN hombre malvado fuesse al oraculo de Apolo, que està en Delfos, con fin de probarlo. I tomando en la mano un pajarillo, i cubriendolo con la capa, llegòse à la mesa, i preguntò à Apolo

*hisce interrogavit : Dic mihi quaeso, Apollo, quod meis in manibus affero, vivum ne est, an mortuum? eo consilio, ut si mortuum dixisset, vivum passerculum ostenderet : sin autem vivum, statim illum suffocaret, mortuumque efferre. Verum cùm Apollo malitiosum ejus animum cognosset, ait illi: Quod facere heus tu malueris, id facito : in tua enim manu ac potestate est, id facere: sive vivum sive mortuum velis id ostendere.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, Deum neque decipi posse, nec de ulla re celari.*

Piscatores.

*Cum aves regem forent creaturae, Pavo eas, ut se crearent, rogabat, ut qui reliquis omnibus praestaret pulchritudine. Cùm jam autem omnes suis suffragiis eum crearent, Monedula dicendi facultate sumpta dixit: At si te rege creato Aquila nobis bellum indixerit, quonam modo nos defendes?*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, Magistratus non propter solam pulchritudinem, sed & propter fortitudinem & prudentiam creandos esse.*

Aper

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los que siendo realmente perjudiciales, quieren con palabras dar à entender, que son provechosos.

*El Pavon, i la Graja.*

Aviendo las aves de elegir Rei, rogavales el Pavon, que lo eligiesen à èl, pues à todas las demàs hacia ventaja en hermosura. Eligieronle pues ya todas de su voto, la Graja tomando licencia para hablar, dijo: I si electo tù por Rei, nos moviere guerra el Aguila, còmo nos defenderàs?

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los Goverdadores no por sola la hermosura han de ser electos, sino por la valerosidad, i por la prudencia.

*El*

Aper Ferus, & Vulpes.

*APer quidam Ferus in quadam astans arbore dentes acuebat. Cùm autem eum Vulpes vidisset, causamque rogasset, cur nulla urgente necessitate dentes suos acueret, respondit: Non abs re hoc facio. Si enim venero in periculum, non oportebit, me tunc acuendis dentibus operam dare, sed potius jam paratis uti.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, ut semper parati simus ad periculum.*

Cassita.

*CAssita cùm laqueo capta esset, lugens dicebat: heu me miseram & infelicem volucrem! Nam neque aurum cujus-*

*El Javalì, i la Raposa.*

UN Puerco Javalì estando en un arbol aguzava los colmillos. Viendolo pues la Raposa, i preguntandole la causa porque sin obligarle necesidad ninguna aguzava los colmillos, respondiò: No lo hago sin causa. Porque si en algun peligro me veo, no serà bien ponerme entonces à aguzar los colmillos, sino servirme de ellos ya apercibidos.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que estemos siempre contra el peligro apercebidos.

*La Totovìa, ò Cugujada.*

LA Totovìa presa en un lazo, decia llorando: Ai de mì ave miserable i desdichada! Que ni he hurtado el oro

*jusquam subripui, neque argentum, neque aliud quidquam ex iis, quae in magno pretio habentur. Sed granum tritici parvum mortem mihi attulit.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad illos, qui ob exiguum lucrum sese magnis periculis exponunt.*

Hinnulus.

*HInnulus quondam dixit patri suo: Pater, nonnè tu major canibus es atque velocior? ac praeterea cornu excelsa gestas ad vindictam? Cur igitur adeò graviter illos perhorrescis? Cui ille ridens dixit: Vera quidem praedicas, fili: hoc tamen unum scio, quòd simul atque canis latratum audio, statim nescio quomodo in pedes me conjicio.*

Fa-

oro de nadie, ni la plata, ni cosa otra ninguna de las que son tenidas en estima. Sino un granillo pequeñuelo de trigo me ha traìdo à la muerte.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los que por una pequeña ganancia se ponen en grandes riesgos, i peligros.

*El Cervatillo.*

UN Cervatillo dixo una vez à su padre: Padre, tù no eres mayor i mas ligero, que los perros? i à mas de esto llevas grandes cuernos para herir? Por què los temes pues tan gravemente? Al qual èl riendose le dixo: Verdad dices cierto, hijo; pero solo esto sè, que en ser que oigo el ladrido del perro, no sè de què manera tomo luego las de villadiego.

*De-*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos, qui natura timidi sint, nullis exhortationibus posse accendi ad fortitudinem.*

Lepores, & Ranae.

L*Epores quondam in unum locum congregati suam inter se vitam deplorabant: quòd sexcentis periculis obnoxia foret, timoribusque plena. Nam & ab hominibus, & à canibus, & ab aquilis, & ab aliis multis absumi: meliusque esse semel mori, quàm totam vitam plenam timoribus degere. Cùm igitur mori decrevissent, simul in paludem quandam impetum fecerunt, ut in eam se projicientes mergerentur. Verum cùm Ranae, quae circum paludem astabant, cursus stre-*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que de su naturaleza son covardes, con ningunas exhortaciones pueden ser inducidos à que sean valientes.

*Las Liebres, i las Ranas.*

LAs Liebres una vez juntaronse en un lugar, i lloravan entresì su miserable vida, porque estava sujeta à seiscientos peligros, i llena de temores. Porque los hombres, i los perros, i las aguilas, i otros muchos las consumian: i que valìa mas morir de una vez, que llevar vida tan llena de temores. Determinandose pues de morir, arremetieron à una contra una laguna, para echarse alli i ahogarse. Pero como las Ranas que estavan al rededor de la laguna

*strepitum audissent, statimque in paludem insiliissent, quidam ex Leporibus, qui caeteris praestare prudentia videbatur, dixit: sistite gradum amici: neque gravius quid contra vos ipsos statuite. Ecce enim, ut videtis, & alia quoque animalia sunt nobis longè timidiora.*

guna, oyeron el ruìdo del correr, i saltaron luego en la laguna; una de las Liebres, que parecia ser mas discreta que las otras, dixo: Detenèos, amigas: i no useis de crueldad contra vosotras mismas. He aqui donde, como veis, ai otros animales mui mas temerosos, que nosotras.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, iis qui afflicta fortuna sint, solatio esse videre se non omnium esse miserrimos.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que à los que estàn puestos en trabajos, les es consuelo vèr, que no son ellos los mas miserables del mundo.

Asinus, & Equus.

*Asinus Equum beatum putabat, quòd nimio cibo, studiosèque praeparato nutriretur: cùm ipse ne palearum quidem satis magnam copiam haberet, plurimumque operis efficeret. Ve-*

*El Asno, i el Cavallo.*

EL Asno tenia por bienaventurado al Cavallo, porque le davan mui bien de comer, i mui aderezado: i èl aun de paja no se hartava, aun trabajando excessivamente. Pe-

 ro

*Verum cùm belli tempus adventavit, Equesque super armatum Equum ascendit, eum huc atque illuc impellens, atque insuper in medios hostes deduxit, ubi vulneratus cecidit; Asinus, qui id videbat, mutata sententia equi fortunam miserrimam esse judicavit.*

ro quando vino el tiempo de la guerra, i el Cavallero subiò sobre el Cavallo armado, llevandolo acà, i acullà, i à mas de esto lò hizo ir en medio de los enemigos, donde cayò herido: el Asno que tal veìa, mudando de parecer, juzgò por miserable la fortuna del Cavallo.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, non esse magistratibus aut potentibus hominibus invidendum, sed considerata invidia, qua laborant, periculoque in quo sunt, mediocrem fortunam dignam, quae ametur, esse judicandam.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que no ai porque tener embidia à los Governadores i gentes poderosas: sino que considerando el odio en que los tienen, i el peligro en que estàn, se ha de tener por digna de preciar la medianìa.

Avarus.

*AVarus quidam omnium bonorum suorum auctione facta massam quandam auream effecit, eamque in loco quo-*

*El Avariento.*

UN Avariento haciendo almoneda de sus bienes, hizo una massa de oro, i sepultòla en un cierto lugar,

*quodam defodit, cum eaque simul animum ac mentem sepelivit. Quotidiè igitur visum illam proficiscebatur: quem cùm quidam ex operariis observasset, ac, quod factum erat, cognovisset, defossa terra auream massam asportavit. Cùm autem postea ille rediisset, locumque vacuum reperisset, coepit lugere, capillosque sibi evellere. Quem cùm quidam adeo miserè lamentantem vidisset, causamque fletûs cognovisset: Noli, ait, heus tu adeo graviter moerere. Neque enim aurum habebas, cùm in tua erat potestate. Sume igitur lapidem pro auro, illumque defodito: putaque illum esse tibi aurum: eundem enim usum tibi afferet. Ut enim video, neque cùm aurum erat,*

gar, sepultando con ella su voluntad i entendimiento juntamente. Yendose pues cada dia à vèr su massa, notòlo uno de los jornaleros: i entendiendo lo que passava, cavò la tierra, i llevòse la massa. Bolviendo pues èl à cabo de rato, i hallando el lugar vacìo, comenzò de llorar, i messarse los cabellos. Al qual viendolo uno llorar tan agramente, i entendiendo la causa de su lloro, dixole: No quieras ola tu mostrar tan grande sentimiento. Porque ni aun quando el oro estava en tu poder, tù no lo tenias. Toma pues en lugar del oro una piedra. i entierrala: i haz cuenta que te es oro: porque de lo mismo te servirà. Pues segun veo, ni aun quando era oro, no lo

*illud velut unam ex rebus tuis existimabas.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, nihili pendendam esse rerum possessionem, nisi quis illis frui atque uti sciverit.*

Anseres, & Grues.

*ANseres, & Grues eodem in prato pascebantur. Cùm autem venatores apparuissent, Grues quidem, ut qui leves essent, citissimè evolarunt: Anseres autem, cùm prae nimia corporum gravitate evolare nequivissent, capti sunt.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula ostendit, in urbis expugnatione homines quidem inopes facillimè effugere: divites autem captos servire.*

Te-

tenias tù en cuenta de una de tus cosas.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que no vale nada el posseer las cosas, si uno no sabe servirse i gozar de ellas.

*Los Gansos, i las Grullas.*

LOs Gansos i las Grullas pacian en un mismo prado. Vistos pues los Cazadores, las Grullas, como eran ligeras, bolaron mui de presto: pero los Gansos, como por el mucho peso de sus cuerpos no pudieron bolar, fueron presos.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula muestra, que quando una ciudad se toma, los hombres pobres mui facilmente se escapan: pero los ricos quedan hechos esclavos.

*La*

## Testudo, & Aquila.

*TEstudo Aquilam rogabat, ut ipsam volare doceret. Cùm autem Aquila eam ab ea re dehortaretur, dicens id ab illius natura abesse quam longissimè, illa multò magis orans persistebat. Cùm igitur Aquila eam unguibus arreptam in sublime sustulisset, eam dimisit: quae ad saxa illisa contrita est.*

## La Tartuga, i el Aguila.

LA Tartuga suplicava al Aguila, que la vezasse bolar. Pero el Aguila desaconsejavaselo diciendo, que aquello era cosa mui fuera de la naturaleza de ella: i la Tartuga perseverava mucho mas en la peticion. Levantandola pues el Aguila asida de las uñas en lo alto, dejòla: la qual dando en unas piedras, hizose pedazos.

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos qui in contentionibus prudentiorum consiliis non obtemperarint, sibi ipsis malorum causam esse.*

### Declaracion de la Fabula.

Esta fabula nos muestra, que los que en las contiendas no obedecieren à los consejos de los mas discretos, ellos se seràn causa de sus males.

## Pulex.

*PUlex quondam cùm exiluisset, in pede cu-*

## La Pulga.

LA Pulga una vez saltando, sentòse en

*cujusdam hominis insedit. Qui Herculem, ut sibi opem ferret, precabatur. Cùm inde Pulex aufugisse, homo suspirans dixit: O Hercules, si contra Pulicem mihi non es auxiliatus, quomodo contra graviores adversarios mihi te auxiliaturum sperabo?*

en el pie de un hombre. El qual suplicava à Hercules le favoreciesse. Huyendo pues de alli la Pulga, el hombre suspirando dixo: O Hercules! si contra la Pulga no me has valido, còmo confiarè que me favoreceràs contra mas graves contrarios?

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, in rebus minimis non esse anxiè divinam ope implorandam: sed in gravibus atque necessariis.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que en cosillas de poco no avemos de pedir ahincadamente el favar de Dios: sino en las graves i necessarias.

Cerva.

*QUaedam Cerva altero ex oculis capta in littore quodam pascebatur, oculum quidem integrum ad terram propter venatores intendens: alterum autem ad mare dirigens: unde nihil*

*La Cierva.*

UNa Cierva ciega del un ojo pacia en una ribera, mirando con el ojo sano àzia la tierra, por temor de los cazadores: i el otro enderezandolo àzia la mar, de donde de ningun mal

*hil mali suspicabatur. Cùm autem quidam eò navigarent, idque conjicerent, sagittis illam petierunt. At illa fortunam suam deplorabat: quòd unde pertimuerat, nihil mali perpessa fuisset: unde autem nihil mali verita fuisset, ab eo se esse proditam.*

mal se recelava. Navegando pues unos por alli, i conjeturando lo que era, tiraronle con saetas. Ella pues llorava su desventura, pues de donde se recelava, ningun mal le avia venido: i de donde no temia mal ninguno, de alli le avia venido la traicion.

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, saepe quidem accidere, ut quae noxia nobis videantur, utilia quidem sint; quae verò utilia, perniciosa.*

### *Declaracion de la fabula.*

Esta fabula nos muestra, que acaece muchas veces, que lo que nos parece dañoso, sea util: i lo que util, mui perjudicial.

### Cerva, & Leo.

*Quaedam Cerva venatores fugiens in quandam speluncam ingressa est: quae in Leonem incidens, ab eo est comprehensa. Quae moriens dixit: Heu me miseram! quae homines fu-*

### *La Cierva, i el Leon.*

Una Cierva huyendo de los cazadores entròse en una cueva: i dando en manos de un Leon, fue por èl presa. La qual al tiempo de su muerte, dixo: Ai de mì desdichada! que huyendo de los hombres,

*fugiens incidi in immitissimam ferarum.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, multos esse homines, qui dum parva pericula fugiunt, incidunt in maxima.*

Cerva, & Vitis.

Q*Uaedam Cerva venatores fugiens, se sub vite quadam occultavit. Cùm autem illi nonnihili progressi essent, Cerva se jam omnino latere persuasa vitis folia depascere coepit. Quae cùm essent commota, venatores conversi, arbitratique quod res erat, aliquod animal sub vitis foliis latitare, sagittis Cervam confecerunt, quae moriens haec dicebat: Justas equidem do penas. Non enim*

bres, dì en manos de la mas cruel de las fieras.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta ſabula nos mueſtra, que ai muchos hombres, que por huir de unos pequeños peligros, dàn en otros mui grandes.

*La Cierva, i la Vid.*

UNa Cierva huyendo de los cazadores escondiòse debaxo de una Vid. Aviendo pues ellos passado un poco adelante, la Cierva, creyendo estàr oculta, comenzò de pacer las hojas de la Vid. Las quales meneadas, los cazadores, bolviendo la cabeza, i presumiendo lo que era, que algun animal estava escondido debaxo las hojas de la Vid, hirieron la Cierva con saetas. La qual muriendo decia esto: Con razon padezco esto, por-

*enim oportebat servatricem meam incommodis afficere.*

porque no avia yo de perjudicar à la que me avia salvado.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos, qui iis, qui benè de ipsis meriti sint, injuriam faciant, divina puniri potestate.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que à sus bienhechores hacen sinrazon, por el poder de Dios son castigados.

Asinus, & Leo.

GAllus olim cum Asino simul pascebatur. Cùm autem Leo Asinum aggressus esset, Gallus vociferatus est. Atque Leo quidem aufugit (ajunt enim Leonem Galli vocem extimescere) Asinus autem putans Leonem timore sui aufugere, ipsum est statim insecutus. Cùm autem eousque ipsum persecutus esset, ut Galli vox non posset eousque pervenire, Leo conversus ipsum devoravit. Asinus itaque moriens vo-

*El Asno, i el Leon.*

EL Gallo una vez pacia juntamente con el Asno. Acometiendo pues el Leon al Asno, gritò el Gallo. Huyò pues el Leon (porque se dice, que teme el Leon la voz del Gallo) mas el Asno creyendo que el Leon huìa de temor suyo, fuele luego en el alcance. Persiguiendolo pues hasta tanto, que la voz del Gallo no podia alcanzar hasta allì, bolviendose el Leon, hizole pedazos. El Asno pues muriendo, dava

*vociferebatur : Heu me miserum & dementem! Cur enim qui ex parentibus pugnacibus progenitus non eram, in aciem sum profectus?*

va voces : O miserable de mì, i loco ! A què fin no siendo hijo de valientes padres, salì yo à la batalla ?

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet; multos esse homines, qui cùm hostes, qui de industria se abjectos simulant, aggrediuntur, ab illis perimuntur.*

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai muchos hombres, que acometiendo à sus enemigos, que à sabiendas se fingen derribados, vienen à morir à manos de ellos.

### Olitor, & Canis.

*CUm quidam Olitoris Canis in puteum decidisset, Olitor volens illum inde extrahere, in puteum quoque & ipse descendit. At Canis credens eum ea gratia descendisse, ut ipsum submergeret inferius, conversus momordit Olitorem : qui magno dolore rediens, Justa, inquit, patior. Cur enim eum, qui*

### *El Hortelano, i el Perro.*

AViendo caìdo en un pozo un Perro de un Hortelano, i queriendolo sacar de alli el Hortelano, baxò èl tambien al pozo. Pero el Perro creyendo, que baxava por capuzarlo mas, bolviòse i mordiò al Hortelano:el qual bolviendo con mui gran dolor,dixo: Yo tengo lo que merezco. Porque à què

*qui se ipsum perdere voluit, è periculo studui liberare?*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad iniquos & ingratos.*

Sus, & Canis.

*SUs, & Canis mutua sibi convicia faciebant. Atque Sus quidem per Venerem jurabat, se Canem dentibus suis fore discerpturam. At Canis ad haec ironicè respondit: Benè profectò nobis per Venerem juras: ostendis enim nobis, quam illi chara sis, quae illum, qui tuas impurissimas carnes degustaverit, ne ad templum quidem suum admittit. Cui ita Sus respondit: Atqui hac una re ostendit Venus, quam me amet, charamque habeat, siquidem ei qui me*

què fin quise yo librar de peligro al que à sì mismo se quiso destruir?

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los injustos i desagradecidos.

*La Puerca, i la Perra.*

LA Puerca, i la Perra decianse injurias. I la Puerca jurava por vida de Venus, que avia de despedazar à la Perra con sus dientes. Pero la Perra respondiò à esto mofando: Mui bien juras en verdad por vida de la Venus: porque dàs à entender lo mucho que te quiere: pues al que de tus sucias carnes gusta, aun en su templo no lo dexa entrar. A la qual la Puerca respondiò de esta manera. Pues en solo esso muestra Venus lo mucho que me ama, i quanto me precia: pues aborrece del to-

*me occiderit, aut alio quovis modo laeserit, omnino infensa est. Tu verò graviter oles tam viva, quàm mortua.*

todo al que me matàre, ò otro qualquier daño me hiciere. Pero tù hiedes siempre, assi viva como muerta.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, prudentes quidem Oratores inimicorum convicia in laudem retorquere artificiosè.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los discretos Oradores tuercen artificiosamente en su alabanza lo que los enemigos les dicen por afrenta.

Sus, & Canis.

*SUs, & Canis de foecunditate contendebant. Canis enim gloriabatur, se pedestrium omnium esse foecundissimam. Cui Sus respondens dixit: Quando haec dixeris, memento te coecos tuos catulos parere.*

*La Puerca, i la Perra.*

LA Puerca i la Perra llevavan contienda sobre qual era mas fertil. Porque la Perra se jactava, que era la mas fertil de todos los que andan. A la qual respondiendo la Puerca, le dixo: Quando esso dixeres, acuerdate que pares ciegos tus cachorros.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, res non celeritate, sed per-*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que las cosas no se han de juzgar por la preste-

*perfectione esse judicandas.*

teza, sino por la perfeccion.

## Serpens, & Cacer.

*SErpens contubernalis erat Cancri, cùm quo inierat societatem. Cancer igitur, qui simplex moribus esset, Serpentem ut vafram illam suam malitiam mutaret, hortabatur. Cùm igitur id illi non persuaderet, Cancer eam dormientem observans, ac pro suis viribus opprimens occidit. Cùm autem Serpens se post obitum extenderet, Cancer dixit: Talem te esse ante oportuerat simplicem & rectam. Ita enim hasce poenas non utique dedisses.*

## *La Serpiente, i el Cangrejo.*

LA Serpiente vivia de camarada con el Cangrejo: con el qual avia juntado compañia. El Cangrejo pues como era de costumbres sencillas, exhortava à la Serpiente, que mudasse aquella su sagàz malicia. No pudiendo pues persuadirselo el Cangrejo hallandola durmiendo, i apretandola con todas sus fuerzas, matòla. La qual estendiendose despues de muerta, dixo el Cangrejo: Assi avias de ser antes sencilla i derecha: Porque assi no huvieras llevado esse castigo.

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos qui doloso animo ineant amicitias, se ipsos*

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que con engaño tratan las amistades, mas

*sos potius laedere, quàm alios.*

mas se ofenden à sì mismos, que à los otros.

## Pastor, & Lupus.

*PAstor quidam cùm Lupi catulam recens natum reperisset, eum sustulit, atque cum canibus simul educavit. Cùm igitur crevisset, si quando Lupus ovem rapuerat, & ipse quoque unà cum canibus eum insequebatur: sin autem canes cursu defatigati Lupum consequi non poterant, ad Pastoremque revertebantur, ille eum eousque insequebatur, quousque illum consequeretur, atque praedae, ut qui Lupus esset, particeps fieret: atque deinceps ad gregem redibat. Sin autem Lupus exterius ovem non rapuerat, ipse clam illam occidebat, atque unà cum canibus ipsis illam devorabat. Donec tandem Pastor*

## *El Pastor, i el Lobo.*

UN Pastor hallandose un Lobillo recien nacido, tomòlo, i criòlo juntamente con los perros. Quando ya pues fue grande, si alguna vez el Lobo avia arrebatado alguna oveja, èl juntamente con los perros lo seguia: i si los perros cansados de correr no podian alcanzar al Lobo, i se bolvian al Pasror, èl ivale en el alcance hasta que lo alcanzava, i como Lobo, tomava parte de la presa: i despues bolviase al hato. I si acaso el Lobo de fuera no hacia presa de alguna oveja, èl à escondidas la degollava, i se la comia juntamente con los perros. Hasta tanto que el Pas-

*stor rem conjiciens, ac quod erat, intelligens, illum de arbore quadam suspendit, & necavit.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos, qui prava sint natura, non posse ejus oblivisci, atque ad sanos mores revocari.*

Leo, & Lupus.

*LEo senio confectus in spelunca quadam jacens aegrotabat. Ad quem, suum nempe Regem, visendum omnia animalia praeter unam Vulpem accesserunt. Lupus itaque ea opportunitate usus ipsam apud Leonem criminabatur: ut quae omnium ipsorum Regem nihili penderet: atque eam ob causam ne visum quidem ipsum venire vellet. Cùm haec Lu-*

Pastor sospechando el caso por indicios, i entendiendo lo que passava, lo colgò de un arbol, i lo matò.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que son de mala naturaleza, no pueden olvidarse de ella, i à buenas costumbres reducirse.

*El Leon, i el Lobo.*

EL Leon estando ya viejo tendido en una cueva estava enfermo. Al qual, como à su Rei, lo vinieron à vèr todos los animales, salvo la Raposa. El Lobo pues aprovechandose de aquella oportunidad, acusavala delante del Leon, de que no hacia caso del Rei de todos ellos: i que por esto ni aun venir à verlo no queria. Al tiempo que el

*Lupus diceret, ecce jam Vulpes aderat: ultimaque Lupi verba perceperat. Contra quam cùm Leo dentibus strideret, illa tempus dicendi causam postulans, dixit: Ecquis quaeso eorum, qui ad te visendum convenerunt, tantum tibi attulit utilitatis, quantum ego, quae nullam partem non adivi, ut ex medicis remedium tuo morbo quaererem: vixque tandem inveni? Cùm igitur Leo ipsam statim remedium dicere jussiset, illa dixit: Si viventem Lupum pelle exueris, eamque calentem ipse indueris. Lupo igitur jacienti Vulpes ridens dixit: Non oportet dominum in odium inducere; sed potius in gratiam & amorem.*

el Lobo estava diciendo esto, he aqui la Raposa que venia: i avia entendido las ultimas palabras del Lobo. Crugiendo pues el Leon sus dientes contra ella, pidiendo tiempo para dar su defension, dixo: I quièn, dime, de quantos se han juntado à verte, tanto provecho te ha acarreado, quanto yo, que he ido à todas las partes, por preguntar à los Medicos algun remedio para tu enfermedad: i en fin lo he hallado? Mandandole pues el Leon, que dixesse luego el remedio, dixo ella: Si desnudares al Lobo vivo de su pellejo: i assi caliente te lo vistieres: Estando pues el Lobo tendido, la Raposa riyendo le dixo: No es bien inducir al señor à odio, sino à amor i gracia.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, eum qui quotidiè adversùs alterum malum machinetur, in se ipsum laqueum contorquere.*

Mulier.

*MUlier quaedam virum ebrium habebat. Quae volens eum ab eo mali liberare, tale quid commenta est. Cùm enim eum nimia ebrietate oppressum observasset, eum nihil sentientem, mortuique instar, suos super humeros sustulit, atque in mortuorum sepulchro ipsum reponens discessit. Cùm autem ipsum jam ad se rediisset existimaret, accessit, sepulchrique ostium pulsavit. Roganti igitur viro, quinam ostium pulsasset, Mulier respondit:* Ego

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que el que cada dia urde mal contra otro, contra sì mismo tuerce el lazo.

*La Muger.*

UNa Muger tenia un Marido borracho, la qual queriendolo curar de aquel mal, imaginò una cosa de esta manera. Que viendolo estàr mui cargado de su borrachèz, sin sentir èl nada, sino como muerto, se lo cargò acuestas: i lo llevò à un carnero de muertos: i poniendolo alli, fuese. Pues quando ya pensò, que avria buelto en sì, llegòse, i llamò à la puerta del carnero. Preguntando pues el Marido, quièn tocava à la puerta, respondiò la Muger: Yo

 es-

*Ego adsum, qui mortuis cibos affero. At ille respondens, dixit: Ne mihi cibum, ò optime, sed potius potum defer. Excrucias enim me, cùm de cibo, non autem de potu mentionem facis. Mulier autem pectus suum percutiens: Heu me miseram, inquit. Neque enim tibi ne astu quidem profui. Tu enim vir non modò non es emendatus, verumetiam te ipso pejor es effectus. In habitum tibi morbus hic conversus est.*

estoi aqui, que traigo de comer à los muertos. Mas èl respondiendo, dixo: No me traigas, amigo, de comer, sino de bever. Porque me atormentas, quando haces mencion del comer, i no del bever. La Muger pues hiriendo sus pechos, dixo: Ai desdichada de mì! pues ni aun con mis mañas no te he aprovechado. A la fè, Marido, no solo no te has corregido: pero aun peor que tù mismo te has hecho. En habito se te ha convertido esta enfermedad.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, ne in malis operibus diutiùs immoremur. Evenit enim aliquando, ut homo vel nolens quidem prava consuetudine trahatur.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que no nos detengamos mucho en las malas obras. Porque vendrà tiempo, en que al hombre aun contra su voluntad le retirarà la mala costumbre.

Olor. *El*

## Olor.

QUidam vir dives Anserem simul & Olorem, non tamen in eosdem usus educabat: sed hunc quidem cantus gratiâ, illum verò mensae causâ. Cùm autem Anser ea passurus esset, quorum gratiâ educabatur, erat quidem nox, alterumque ab altero discerni tempus non permittebat. Cùm igitur Olor pro Ansere abductus esset, cantum cantare coepit, quod mortis est exordium. Atque cantu quidem naturam suam expressit: suavitate verò canendi mortem declinavit.

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, musicam saepenumerò adjumento fuisse ad mortem devitandam.*

## *El Cisne.*

UN hombre rico criava juntamente un Ganso con un Cisne: pero no para un mismo fin: sino el Cisne para la musica, i al Ganso, para la mesa. Aviendo pues de padecer el Ganso aquello, para que lo criavan, era noche: i el tiempo no dava lugar de discernir al uno del otro. Llevando pues al Cisne en lugar del Ganso, comenzò de cantar aquel canto, que es exordio de su muerte. I con el cantar diò muestra de su naturaleza; mas con la suavidad del canto, escapòse de la muerte.

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que la musica muchas veces ha sido socorro para escaparse de la muerte.

## Aetiops.

*QUidam cùm Aethiopem emisset, talem illi colorem prioris heri negligentia inesse existimavit. Adducens itaque eum domum omni balneorum genere curavit abluendum: omnesque illi adhibuit abstersiones. Verum colorem quidem immutare non potuit: nimia verò vexatione morbum illi attulit.*

## *El Negro.*

UNo aviendo comprado un Negro pensò, que tenia tal color por descuido de su primer señor. Trùjolo pues à su casa: i procurò de darle todo genero de baños: i aplicarle toda manera de lavatorios. Pero el color no se lo pudo mudar: sino que del mucho egercicio le vino à acarrear enfermedad.

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, rerum naturas immutari non posse, sed tale, quales principio fuerint, permanere.*

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que las naturalezas de las cosas no pueden mudarse: sino que perseveran tales, quales fueron al principio.

## Hirundo, & Cornix.

*HIrundo, & Cornix de pulchritudine cer-*

## *La Golondrina, i la Corneja.*

LA Golondrina, i la Corneja competian en

*certabant. Opportunè autem respondens Cornix, dixit Hirundini: Tua quidem pulchritudo verno tantum tempore floret: meum verò corpus & hyeme quoque perseverat.*

en la hermosura. Respondiendo pues à buen tiempo la Corneja dixo à la Golondrina: Tu hermosura cierto solamente dura en el tiempo del verano: pero mi cuerpo persevera tambien en el invierno.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, corporis firmitatem praestantiorem esse pulchritudine.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que la firmeza del cuerpo es mejor, que la hermosura.

Butalis.

*Butalis è fenestra quadam pendebat, Vespertilio autem accedens causam, cur interdiu quidem sileret, noctu verò caneret, rogabat. Cùm autem Butalis non abs re se id facere respondisset, eo quod olim interdiu canens capta esset, atque inde facta esset prudentior, Vespertilio dixit: Atqui non*

*El Grillo.*

El Crillo estava colgado de una ventana: i llegandosele el Murciegalo, preguntavale, què era la causa que de dia callava, i de noche cantava. Respondiendo pues el Grillo, que no lo hacia sin causa, porque antes cantando de dia avia sido preso, i que desde entonces avia escarmentado: dixole el Murciegalo: No

*non nunc quidem te id cavere oportebat, cùm nihil tibi confert ista cautio: sed tunc, cùm esses libera.*

No te avias tù de guardar ahora de esso, quando no te aprovecha nada tu aviso: sino quando estavas libre.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula ostendit in infortuniis quidem inutilem esse poenitentiam.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula muestra, que en las desventuras sirve de poco el arrepentimiento.

Cochleae.

*Agricolae cujusdam filius Cochleas igni torrebat. Cùm autem illas stridentes audivisset, ait: O pessima animalia, nunc canitis, cùm vestrae aedes sunt incensae?*

*Los Caracoles.*

UN hijo de un Labrador assava unos Caracoles. Oyendolos pues chillar, les dixo: O malos animales, i ahora cantais, quando las casas se os abrasan?

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, vituperandum esse, quidquid fiat intempestivè.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que todo lo que se hace à mala sazon, es digno de ser reprehendido.

Mu- *La*

Mulier, & Ancillae.

*MUlier quaedam vidua operosa cùm Ancillas haberet, eas ad Gallorum cantum ad opus faciendum solebat excitare. Cùm autem illae opere assiduè faciendo essent defatigatae, oportere censuerunt Gallum domesticum occidere, ut qui noctu heram excitaret. Cùm autem id fecissent, accidit eis, ut in majora mala inciderent. Hera enim cùm Gallorum horam ignoraret, multò citius quàm antea illas excitabat.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet; multis hominibus sua ipsorum consilia malorum causam esse.*

*La Muger, i las Criadas.*

UNa Muger viuda codiciosa del trabajo tenia unas Criadas, las quales solia despertar al cantar de los Gallos, para que hiciessen hacienda. Sintiendose pues ellas del hacer continuamente hacienda fatigadas, determinaron que convenia matar el Gallo de casa, porque despertava de noche à su señora. Aviendolo pues puesto assi por obra, acaeciòles caer en mayores males. Porque la señora, como no sabia la hora de los Gallos, despertavales mucho antes que primero.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que à muchos hombres sus propios consejos les son causa de males.

## Mulier Saga.

*Mulier quaedam Saga profitebatur se divinam iram quibusdam praestigiis propellere scire: multaque faciebat, ex quibus magnum quaestum faciebat. Cùm autem quidam illam impietatis accusassent, atque convicissent, damnatam ad mortem deducebant. Quam cùm abduci quidam vidisset, dixit illi: Heus tu, quae divinas iras propulsaturam te profitebaris, quomodo neque hominum quidem consilium immutare potuisti?*

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, multos quidem esse, qui cùm maxima quidem promittant, tamen ne minima quidem praestare possint.*

## *La Muger Hechicera.*

UNa Muger Hechicera, prometìa que sabìa con encantamientos detener la ira de Dios: i hacia muchas cosas, de que sacava gran ganancia. Acusaronla pues algunos de desacatada contra Dios, i convencida, i condenada, llevavanla à la muerte. Viendola pues llevar uno, dixole: Hola tù, que prometias, que detendrìas las iras divinas, còmo no has podido mudar ni aun el consejo de los hombres?

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai muchos, que prometen cosas mui grandes, i aun no pueden mostrar por la obra las pequeñas.

Mu- *La*

Mustela.

*MUstela in fabri ferrarii officinam ingressa, jacentem ibi limam circumlambebat. Cùm autem abrasa lingua multum sanguinis proflueret, Mustela laetabatur credens, se ex ferro aliquid educere, quousque totam linguam perdidit.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad eos, qui in contentionibus se ipsos laedunt.*

Agricola.

*AGricola quidem fodiens aurum reperit. Quotidiè itaque terram tamquam benemeritam de ipso coronabat. Cui Fortuna assistens dixit: Cur heus tu mea dona terrae attribuis,* *quae*

*La Comadreja.*

UNa Comadreja entrando en casa de un Herrero, lamìa una lima, que estava alli tendida. Saliendole pues mucha sangre de la raìda lengua, la Comadreja alegravase, creyendo, que sacava algo del hierro: hasta que perdiò toda la lengua.

*Declaracion de la Fabula,*

Esta fabula toca à los que en las contiendas à sì mismos se hacen daño.

*El Labrador.*

UN Labrador cavando hallò oro. Coronava pues cada dia la tierra, como à bienhechora suya. Al qual se le apareciò la Fortuna diciendo: Hola tù, por què atribuyes à la tierra las

*quae tibi ego, te ditare volens, sum largita? Si enim sese tempus inverterit, aurumque istud tuum ad aliorum manus pervenerit, scio equidem te tunc fortunam fore incusaturum.*

las mercedes, que yo queriendote enriquecer, te hice? Porque si el tiempo se mudàra, i esse tu oro viniere à otras manos, bien sè yo, que entonces te quexàras de la fortuna.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, oportere eum, qui de nobis benè sit meritus, agnoscere, illique gratiam referre.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que conviene reconocer al que nos ha hecho buenas obras, i darle el galardon.

## Viatores.

*DUo quidem simul iter faciebant: quorum alter cùm securim reperisset, alter qui non repererat, admonebat eum, ne diceret, reperi, sed reperimus. Verum cùm paulò post qui securim perdiderant, eos insequerentur, is qui eam habebat, periculum cernens dixit ei, qui non repe-*

## *Los Caminantes.*

DOs ivan juntamente camino, de los quales el uno hallòse una hacha: i el otro que no la avia hallado, amonestavale, que no dixesse, he hallado, sino avemos. Pero siguiendolos à cabo de poco los que avian perdido la hacha, el que la tenia, viendo el peligro, dixo al que no

*pererat, sed simul iter faciebat, periimus. Cui alter, perii, dic, & non periimus. Neque enim cùm securim reperisti, reperimus, sed reperi, dixisti.*

no la avia hallado, sino que iva con èl camino, perdìdos somos. Al qual respondiò el otro: Dì perdìdo soi, i no perdìdos somos. Porque quando la hacha te hallaste, no dixiste, hallado avemos, sino hallado he.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, eos, qui participes non fuerint rerum secundarum, non fore amicos firmos in adversis.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que no participàren de las prosperidades, no seràn amigos seguros en las adversidades.

Ranae.

*Duae Ranae vicinis in locis habitabant: quarum altera quidem in profundis aquis longèque à via pascebatur: altera verò propè viam, ubi aquae minimum habebat. Quae igitur profunda in palude pascebatur, alteram, ut ad se migraret, hortabatur, quo*

*Las Ranas.*

Dos Ranas moravan cerca la una de la otra: la una de las quales pacìa en lo hondo del agua, i lexos del camino; i la otra junto del camino, donde no tenia nada de agua. La que pacìa pues en lo hondo del agua, exhortava à la otra, que se pas-

*quo tutiore cibo frueretur. At altera consiliis ejus non obtemperavit, dicens se maximè capi loci consuetudine. Donec à praetereunte curru contrita est.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos qui pravis rebus assueti, citius emori, quàm in melius mutentur.*

Apiarius.

*QUidam in alveare absente domino ingressus favos abstulit. At herus reversus cùm alveos vidisset inanes, quae in illis erant, perscrutebatur. Apes verò cùm è pastu reversae essent, ipsumque ibi deprehendissent, aculeis suis illum feriebant, ac pessimè tractabant. Quibus ille dicebat:* O

passasse con ella, para que tuviesse el mantenimiento mas seguro. Pero la otra no obedeciò à sus consejos diciendo, que estava mui aficionada à la costumbre del lugar. Hasta que passando un carro, la reventò.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que en lo malo estàn acostumbrados, antes moriràn, que se convertiràn à lo mejor.

*El Colmenero.*

UNo entrò en un Colmenar, estando el dueño ausente: i hurtò los panales. Bolviendo pues el dueño, i viendo los vasos vacios, mirava lo que avia en ellos. Mas las abejas bolviendo del pasto, i hallandolo alli, herianle con sus guizques, i tratavanlo mui mal. A las quales les decia èl: O mal-

*O pessima animalia, eum qui favos vestros furatus est, incolumem dimisistis: me autem, qui vos curo, plectitis?*

malvados animales, al que os hurtò los panales, lo aveis dexado ir libre: i à mì, que tengo cuidado de vosotras, maltratais?

Fabulae explicatio.

*Fabula haec nos docet, idipsum quoque multis hominibus accidere prae ignoratione, ut inimicos quidem suos non caveant: amicos autem ab se tamquam insidiatores repellant.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que lo mismo acaece tambien à muchos hombres de ignorancia, que de sus propios enemigos no se guardan, i à sus amigos despiden de sì como à traidores.

Alcedo.

*ALcedo avis quaedam est studiosa solitudinis: semperque in mari vitam degit. Haec fertur in maris scopulis nidum suum struere fugiens hominum venationes. Itaque quondam ova paritura nidum struxit. Cùm igitur die quadam ad pastum profecta esset, accidit, ut mare ve-*

*La Alcedo.*

LA Alcedo es una ave amiga de la soledad: i vive siempre en la mar. Esta, segun dicen, por huir de los lazos de los hombres, hace su nido en las rocas de la mar. De suerte, que una vez queriendo hacer su cria, hizo nido. Yendo pues un dia à buscar de comer, acaeciò, que la mar alterada con

*vehementi quodam vento commotum ferretur supra nidum : qui unà cum pullis submersus est. Cùm igitur Alcedo reversa esset, ac quod acciderat, cognovisset : Me miseram! ait, quae terram tamquam insidiis plenam fugiens, ad mare confugi : quod mihi longè fuit quidem infidelius.*

con un mui gran viento, subiò encima del nido: i assi se anegò el nido juntamente con los pollos. Bolviendo pues la Alcedo, i entendiendo lo que avia passado, dixo : Ai desdichada de mì! que huyendo de la tierra como de cosa llena de traiciones, me encomendè à la mar: la qual me ha sido mui mas desleal.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, quodam esse homines, qui dum inimicos cavent, non animadvertunt, se in amicos incidere, multo graviores inimicis.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que ai hombres, que por huir de sus enemigos, no advierten, que dàn en manos de amigos mui peores, que los enemigos.

Piscator.

*Piscator quidam in flumine quodam piscabatur. Cùm igitur retia sua extendisset, flumenque utraque ex parte*

*El Pescador.*

UN Pescador pescava en un rio. El qual aviendo estendido sus redes, i tomado el rio por ambas à dos par-

*te comprehendisset, lapidem resti alligavit: eoque fluminis aquam verberare coepit: quo pisces fugientes incautos conjiceret in retia. Quod cùm quidam ex iis, qui propè illum locum habitabant, conspexisset, illum reprehendebat, ut qui flumen conturbaret, neque puram aquam illis bibere permitteret. Cui respondit Piscator: Atqui nisi ita flumen perturbavero, necessè profectò erit me fame perire.*

partes, atò una piedra à una soga, i comenzò de azotar con ella al agua para hacer ir à las redes los peces indiscretos, que huyessen. Viendolo pues uno de los que moravan alli cerca, reprehendialo, porque enturbiava el rio, i no les dexava bever el agua clara. Al qual respondiò el Pescador: Pues si yo no enturbio de esta manera el rio, de necessidad en verdad avrè de morir de hambre.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, civitatum magistratus tunc suum agere potissimum negotium, cùm suis in patriis contentiones excitaverint.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los Governadores de los Pueblos entonces principalmente hacen su negocio, quando mueven contiendas en sus tierras.

Simius, & Delphinus.

*SOlebat esse in more iis, qui navigant, fer-*

*El Mono, i el Delfin.*

SOlian tener de costumbre los que nave-

*ferre secum & Melitenses Catulos, & Simios in solatium suae navigationis. Cùm igitur quidam navigaret, & Simium quoque secum asportavit. Cùm autem ad Sunium Athenarum promontorium appulissent, accidit, ut gravis quaedam tempestas excitaretur. Cùm igitur navis everteretur, omnesque natarent, natabat quoque Simius. Quem cùm Delphinus quidam conspexisset, hominemque esse putavisset, accurrit, eumque levavit, donec in terram deportaret. Cùm igitur in Piraeum, quod est Atheniensium navale, pervenisset, Simium rogabat, num genere esset Atheniensis. Cùm autem Simius & è claris quoque majoribus se sibi ortum esse respondisset, rogavit rursum Delphinus, num Piraeum nosset. At Simus putans se*

vegavan, llevar consigo perrillos Malteses i Monos para entretenimiento de su navegacion. Navegando pues uno, llevòse tambien consigo un Mono. Arribando pues à Sunio, que es un cabo de Athenas, acaeciò levantarse una mui grave borrasca. Bolcandose pues la Nave, i nadando todos, nadava tambien el Mono. Al qual viendolo un Delfin, i creyendo, que era hombre, acudiò i favoreciòlo, hasta sacarlo à tierra. Llegando pues à Pirèo, que es la Atarazana de Athenas, preguntava al Mono, si era natural de Athenas. Respondiendo pues el Mono, que era hijo de mui ilustres padres de alli, preguntòle otra vez el Delfin, si acaso tenia noticia de Pirèo. El Mono pensando que le pre-

*se de homine aliquo rogari, & amicissimum quoque sibi esse respondit, valdèque familiarem. Delphinus autem ob tam impudens mendacium indignatus, illum submergens suffocavit.*

preguntava por algun hombre, dixo, que era mui grande amigo suyo, i mui familiar. Pero el Delfin enojado de una mentira tan desvergonzada, zapuzandolò debaxo del agua, le ahogò.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad illos, qui cùm veritatis ignari sint, decipere se putant.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los que no sabiendo la verdad, pretenden que engañan.

Muscae.

*Cum quadam in cella mel effusum esset, Muscae eò advolantes illud comedebant. Cùm autem pedibus impedirentur, evolare non poterant. Cùm itaque suffocarentur, dicebant: Heu nos miseras! quae ob cibum modicum perimus.*

*Las Moscas.*

Aviendose derramado un poco de miel en una despensa, las Moscas bolando comiansela. Quedando pues asidas de los pies, no podian bolar. Ahogandose pues decian: Ai miserables de nosotras! que por un poquillo de mantenimiento perecemos.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, multis quidem gulam multorum malorum esse causam.*

Mercurius, & Statuarius.

M*Ercurius, quantinam ab hominibus fieret, scire cupiens, humanam formam indutus, ad Statuarii domum sese contulit. Vidensque Jovis imaginem rogabat eum, quanti illam emere posset? Ille autem respondit, drachma: quod ridens Mercurius, & quanti, ait, imaginem Junonis? Pluris, ille respondit. Cùm autem & suam quoque imaginem vidisset, putassetque magnam sui ab hominibus haberi rationem, quòd deorum nuntius esset, lucraque praestaret, rogabat etiam de se ipso.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que la gula à muchos les es causa de muchas desventuras.

*Mercurio, i el Entallador.*

MErcurio deseando saber en què estìma lo tenian los hombres, tomando forma humana fuese à casa de un Entallador: i viendo la imagen de Jupiter, preguntavale, en quànto la podria mercar? Respondiòle el Entallador, por un real. De lo qual riendose Mercurio, i en quànto dice la imagen de Juno? En mas respondiò èl. Viendo pues tambien su misma imagen, i creyendo, que los hombres tenian mucha cuenta con èl, por ser el mensagero de los dioses, i porque les dà ganancias, preguntavale tambien de sì mismo.

*so. Cui Statuarius respondit, si hasce emeris, hanc tibi do in additamentum.*

mo. Al qual respondiò el Entallador: Si èstas me compràres, essa te doi en añadencia.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad hominem gloriosum, quique ab aliis in nullo habetur pretio.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca al hombre fanfarron, i que entre otros no es tenido en nada.

## Mercurius, & Tiresias.

*MErcurius facere periculum volens de divinandi arte Tiresiae, num scilicet vera esset, ejus boves furatus est è fundo: sumptâque humanâ formâ ad eum in urbem venit, apud ipsumque divertit. Cùm autem Tiresias de boum amissione nuntium accepisset, assumpto secum Mercurio ad aliquid de fure augurandum profectus est; jussitque illum quamnam vidisset avem sibi referre. At Mercurius,*

## *Mercurio, i Tiresias.*

MErcurio queriendo hacer experiencia del arte de adevinar de Tiresias, si era verdadera, hurtòle las vacas de la granja, i tomando forma de hombre, vinose para èl à la ciudad, i posò en su casa. Viniendo pues à Tiresias nueva de la pèrdida de sus vacas, tomando consigo à Mercurio, fuese à tomar algun aguero del ladron: i mandòle que le dixesse el ave, que verìa. Mercurio

*rius, cùm principio Aquilam à sinistra ad dextram vidisset advolantem, Tiresiae nuntiavit: Tiresias verò id ad se non attinere respondit. Secundò autem Cornicem super quadam arbore sedentem aspexit, modòque sursum aspicientem, modò verò se ad terram inclinantem: quod Tiresiae retulit: qui opportunè respondens dixit: Ista quidem Cornix dejerat per caelum ac per terram, me, si tu velis, meas boves fore recepturum.*

Fabulae explicatio.

*Hac oratione quispiam uti poterit contra hominem furacem.*

Canes.

Q*Uidam cùm duos haberet Canes, alterum quidem venari docuit, alterum autem*

rio viendo luego un Aguila bolar de la izquierda à la derecha, dixolo à Tiresias: i èl le respondiò, que aquel aguero no le pertenecia à èl. La segunda vez viò una Corneja sentada sobre un arbol, que unas veces miraba àzia arriba, i otras se inclinava para abaxo: i contòselo à Tiresias: el qual respondiendo à proposito, dixo: Essa Corneja jura por el cielo i por la tierra, que si tù quieres, yo cobrarè mis vacas.

*Declaracion de la Fabula.*

De estas palabras se puede alguno servir contra uno, que es ladron.

*Los Perros.*

UNo teniendo dos Perros, al uno enseñò à cazar, i al otro

*tem domum custodire. Si quando autem venaticus Canis quicquam capiebat, & domesticus quoque simul cum eo convivii particeps fiebat. Quod cùm venaticus Canis aegrè ferret, illique vitio daret, quod cùm ipse quidem quotidiè laboraret, ille verò nihil operis efficeret, tamen laboribus suis ille nutriretur: Canis domesticus respondens, dixit: Nè me, quaeso, sed herum reprehende, qui non me laborare docuit, sed alienis laboribus nutriri.*

à guardar la casa. Pues si alguna vez el Perro de caza tomava algo, el de casa tambien juntamente con èl tenia su parte del combite. Lo qual tomandolo impacientemente el Perro de caza, i reprehendiendolo, de que trabajando èl cada dia, i el otro no haciendo nada, con todo de lo que èl trabajava, vivia el otro: respondiendo el Perro de casa, dixo: No me riñas à mì por tu vida, sino al amo, que no me vezò trabajar, sino de trabajos agenos mantenerme.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, non tam reprehendendos esse adolescentes imperitos, quàm eorum parentes, qui tam malè illos educarint.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que no son tan dignos de reprehension los mancebos ignorantes, quanto sus padres, que tan mal los han criado.

## Vir, & Uxor.

*QUidam cùm Uxorem haberet domesticis omnibus terribilem, voluit intelligere, num & erga patris sui domesticos talem quoque se praeberet. Itaque usus honesta quadam excusatione ad patrem ejus eam remisit. Cùm autem non multis post diebus rediisset, rogabat eam Vir ejus, quonam modo erga eos, qui ibi essent, se gessisset? Cùm autem illa respondisset, bubulcos ac pastores sibi infensos fuisse, Vir illi dixit: O Uxor, si eos odio habebas, qui summo quidem mane suos greges educunt, vesperi autem revertuntur, quid de illis credere par est, cum quibus diem totam versabaris?*

## *El Marido, i la Muger.*

TEniendo uno una Muger terrible para con todos los de casa, quiso vèr, si se mostrarìa tambien tal para con los de la familia de su padre. I assi buscando un honesto achaque, embiòla à casa de su padre. Bolviendo pues à cabo de no muchos dias, preguntavale el Marido, còmo se avia tratado con los que estavan en casa de su padre? Respondiendole ella, que los vaqueros, i los pastores la miravan con zuño, dixole el Marido: O Muger, si à aquellos, que de mañana sacan sus ganados, i à la tarde buelven, aborrecias; què se ha de creer de aquellos, con quien tratavas todo el dia?

Fabulae explicatio.

*Haec fabula ostendit, ita saepè accidere, ut ex parvis magna, & ex manifestis incerta colligamus.*

Hoedus, & Lupus.

*Hoedum à suo grege derelictum Lupus insequebatur: qui ad persequentem Lupum conversus, dixit: O Lupe, quoniam quidem me tuum cibum futurum certò mihi persuadeo, hanc mihi da gratiam, ut ne insuaviter moriar, prius tibia canas, ut ego saltem. Cùm igitur Lupus tibia cecinisset, Hoedusque saltaret, canes audientes Lupum, ipsum insectati sunt: qui conversus dixit Hoedo: Merito meo haec acciderunt.*

*Non*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula muestra, que acaece assi muchas veces, que de lo poco se colige lo mucho, i de lo manifiesto, lo incierto.

*El Cabrito, i el Lobo.*

EL Lobo perseguia à un Cabrito, que andava de su hato descarriado: el qual bolviendose al Lobo, que le seguia, dixo: O Lobo, pues tengo por cierto, que tengo de ser tu mantenimiento, hazme esta merced, que para que no muera con tanto descontento, tañas tù primero lo flauta, para que yo baile. Tañendo pues el Lobo la flauta, i bailando el Cabrito, los perros oyeron al Lobo, fueronle en el alcance: el qual bolviendose, dixo al Cabrito: Bien me lo merezco yo esto. Porque

*Non enim oportebat, me qui coquus sim, agere tibicinem.*

que siendo yo Cocinero, no avia de hacerme Flautero.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula indicat, eos qui ea, ad quae natura apti sint, negligant, quaeque aliorum sint, efficere tentent, in magnas incidere miserias.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula muestra, que los que desprecian aquello para lo qual naturalmente son aptos, è intentan de hacer lo que es de otros, caen en grandes desventuras.

Cancer, & Vulpes.

*Cancer relicto mari quodam in loco pascebatur. Vulpes autem esuriens cùm eum vidisset, aggressa illum est, ac comprehendit. At Cancer jamjam devorandus ait: Dignas equidem do poenas, qui marinus cùm essem, terrestris esse volui.*

*El Cangrejo, i la Raposa.*

EL Cangrejo dejando la mar pacìa en cierto lugar. Pero la Raposa hambrienta viendolo, acometiòlo, i asiòlo. Pero el Cangrejo estando ya para ser comido, dixo: Yo tengo el pago que merezco: pues siendo morador de la mar, quise hacerme de la tierra.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos homines merito suo in-*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que aquellos hombres meritamente son des-

*infortunatos esse, qui proprias exercitationes omittentes, quae nihil profutura sunt, agere conantur.*

desdichados, que dexando sus propios exercicios, emprenden de hacer lo que no les ha de aprovechar ninguna cosa.

## Citharoedus.

*Quidam Citharoedus imperitus cùm in domo quodam calce incrustata, ut consueverat, caneret, voxque contra ipsum resonaret, se nimis suaviter canere sibi persuadebat. Qua opinione elatus & in theatrum quoque sese dare decrevit. Cùm igitur ad se ostentandum profectus esset, pessimèque cecinisset, lapidibus è theatro explosus est.*

## *El Tañedor de Citara.*

UN Tañedor de Citara mal diestro, cantava en una casa enjalvegada de cal, como solia: i retumbando la voz contra èl, pareciale que cantava mui suavemente. Con el qual parecer engreìdo, determinò de salir à cantar al teatro. Yendo pues à hacer ostentacion de sì, i cantando mui mal, echaronle à pedradas del teatro.

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, tales esse quosdam rhetores, qui in scholis quidem aliquid dicendo posse videantur: cùm verò ad*

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que assi son algunos retoricos: que en las escuelas parece que valen algo en el orar: pero quando se ponen à go-

*ad gerendam Rempublicam accesserint, nullius pretii esse.*

governar la Republica, de ningun valor se muestran.

## Fures.

*Quidam Fures in quandam domum ingressi, nihil praeterquam Gallum invenerunt: quem assumentes secum abstulerunt. Cùm igitur Gallus foret occidendus, eos uti se dimitterent, orabat, dicens se esse utilissimum hominibus quos noctu ad opus faciendum excitaret. Cui illi respondentes, dixerunt: Atqui hanc quidem ob causam te potius occidemus. Dum enim eos excitas, furantibus nobis es magno impedimento.*

## *Los Ladrones.*

UNos Ladrones entrando en una casa, no hallaron sino un Gallo: al qual tomaron, i consigo lo llevaron. Estando pues el Gallo para aver de morir, suplicavales que le dexassen, diciendo, que era mui util à los hombres, à los quales èl despertava de noche para entender en sus haciendas. Al qual ellos respondiendo, dixeron: Pues por esta causa te matarèmos mejor. Porque despertandolos à ellos, nos estorvas à nosotros el hurtar.

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, quae beneficia viris bonis sint, ea viris pravis*

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que lo que à los buenos les es buena obra, à los

*vis maximè esse adversa.*

los malos les es cosa mui contraria.

Cornix, & Corvus.

*Cornix Corvo maximè invidebat, quod hominibus per auguria vaticinaretur: ob idque praedicere futura crederetur. Cùm igitur praetereuntes quosdam viatores conspexisset, in arborem quandam advolavit, indeque coepit crocitare. At cujus vocem viatoribus conversis ac valdè perturbatis, quidam re perspectâ dixit: Abeamus hinc, ò amici; Cornix enim est, quae crocitavit, cujus nullum est augurium.*

*La Corneja, i el Cuervo.*

LA Corneja tenia mui gran embidia al Cuervo, porque adevinava à los hombres por agueros: i por esto estava en reputacion, que prenosticava las cosas venideras. Viendo pues unos caminantes, que passavan, bolò à un arbol, i comenzò à graznar desde alli. A cuya voz bolviendose los caminantes, i quedando alterados, uno entendiendo el negocio, dixo: Vamos de aqui, amigos, que Corneja es la que ha graznado, i ningun aguero tiene.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos homines, qui cum praestantioribus contendant,*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los hombres, que tienen competencia con mayores que ellos, à

*dant, praeterquamquod longè inferiores illis se se ostendant, id quoque consequi, ut ridiculi videantur.*

Cornix, & Canis.

CORNIX *cùm Minervae sacra faceret, ad epulas Canem invitavit: qui ei dixit: Cur frustra victimas perdis? Dea enim adeo tibi infensa est, ut propriis tuis auguriis fidem abrogaverit. At Cornix respondit: Idcirco potius illi sacra facio, ut mihi reconcilietur.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, multos esse, qui quaestus sui causa non dedignentur benemereri vel de propriis inimicis.*

àmas de que se muestran quedar mui atràs de ellos, ganan tambien esto, que dàn mucho que reìr.

*La Corneja, i el Perro.*

LA Corneja sacrificava à la Diosa Minerva: i combidò à comer al Perro: el qual le dixo: Por què gastas en valde estos sacrificios? Porque la Diosa està tan mal contigo, que aun à tus agueros les ha derogado el crèdito. Respondiò la Corneja: Por esso mejor le hago sacrificios, porque pierda la ira, que tiene contra mì.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai muchos, que por sus propios intereses, no dudan de hacer buenas obras, aun à sus propios enemigos.

Corvus, & Serpens.

*Corvus esuriens cùm Serpentem in aprico quodam loco dormientem conspexisset, advolans arripuit. Verum cùm illa ad se rediisset, ac Corvum momordisset, Corvus jam moriturus, ita locutus est: Me miserum! qui tale repererim lucrum, quod mihi causa sit interitus futurum.*

*El Cuervo, i la Serpiente.*

UN Cuervo hambriento viendo una Serpiente dormir en un abrigo, arrebatòle de buelo. Pero ella bolviendo en sì, picòle: el qual estando ya para morir, dixo de esta manera: Ai desdichado de mì! que he hallado tal manera de ganancia, que me serà la causa de mi muerte.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad eos, qui ob thesaurorum inventionem se mortis periculis objiciunt.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los que por codicia de hallar tesoros, se ponen en peligro de perder la vida.

Monedula, & Columbae.

*Monedula cùm cerneret Columbas in columbario quodam lautè atque opiparè nutriri, se ipsam dealbavit, ac eò sese contulit, ut*

*La Graja, i las Palomas.*

LA Graja viendo unas Palomas, que tenian vida mui regalada en un Palomar, emblanqueciòse, i fuese para allà, por alcanzar parte de

*ut illarum victus particeps esset. Columbae itaque dum Monedula tacuit, putantes eam esse Columbam, illam in societatem admiserunt. Verum cùm die quadam oblita vocem emisisset, Columbae statim ejus cognitâ naturâ illam pessimè tractatam expulerunt. Quae eo victu privata rediit rursum ad Monedulas: quae cùm illam propter coloris varietatem non agnoscerent, ipsarum uti victu prohibuerunt: adeò ut cùm duplicem victum expetivisset, utroque caruerit.*

de aquella buena vida. Las Palomas pues mientras la Graja callò, pensando que era Paloma, admitieronla en su compañia. Pero alzando la voz un dia con olvido, las Palomas, entendida su naturaleza, maltratandola luego, la despidieron. La qual privada de aquel mantenimiento, bolviòse otra vez à las Grajas: las quales como no la conocian por la diversidad del color, no la quisieron dexar comer con ellas. De suerte, que desando gozar de dos viandas, no tuvo ninguna.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, debere nos nostris esse contentos, illud intelligentes avaritiam, praeterquamquod nihil prodest, & quae nobis bona sint, auferre quamsaepissimè.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que nos avemos de contentar con lo que es nuestro: entendiendo, que la avaricia à mas de que no aprovecha nada, aun lo que tenemos nos quita muchas veces.

Monedula.

QUidam cùm *Monedulam comprehendisset, filoque pedem colligasset, filio suo dedit illam: quae vivere inter homines recusans, ubi parum quid libertatis nacta est, aufugit: atque in suum nidum se recepit. Verum cùm filum ramis sese impedivisset, Monedulaque volare minimè posset, moritura dicebat apud se: Miseram me! quae humanam non ferendo servitutem, imprudens vita me privavi.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, multos esse, qui dum parva pericula effugere conantur, incidunt in multò graviora.*

*La Graja.*

UN hombre tomò una Graja, i atandole un hilo al pie, diòla à su hijo: la qual no queriendo vivir entre los hombres, en poder que pudo vèr la suya, huyòse, i fuese à su nido. Pero arrebolviendosele el hilo à las ramas, i no pudiendo bolar, al tiempo de su muerte decia entre sì misma: Desdichada de mi! que por no querer sufrir la servidumbre de los hombres, à necias me he privado de la vida.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai muchos, que por huir de peligros menores, vienen à dar en otros mui mayores.

Mercurius.

*Jupiter Mercurio praecepit, ut mendacii medicamentum artificibus omnibus misceret. Qui cùm illud contrivisset, ad certamque mensuram fecisset, aequam cuique divisit portionem. Cùm autem unus sutor restaret, multumque adhuc medicamenti superesset, totum assumens mortarium, illi infudit. Ex quo factum est, ut omnes quidem artifices mendaces sint, omnium verò maximè sutores.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad artifices mendaces.*

*Mercurio.*

Jupiter mandò à Mercurio, que hiciesse una medicina de la mentira para todos los Oficiales. El qual la majò, i la hizo en cierta cantidad, i diò à cada uno su parte por igual. Quedando pues solo el Zapatero, i aviendo aun mucha parte de la medicina, tomò todo el mortero, i derramòselo encima. De lo qual sucediò, que todos los Oficiales son mentirosos, i los mas mentirosos de todos son los Zapateros.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toça à los Oficiales mentirosos.

Jupiter.

*Jupiter cùm homines formasset, omnes iis alios impertivit affectus, prae-*

*Jupiter.*

Jupiter aviendo formado los hombres, repartiòles todos los afec-

*praeter unum Pudorem, quem illis tribuere oblitus est. Cùm igitur non haberet viam ullam, qua ipsum introduceret, ei, ut per turbam incederet, praecepit. At Pudor principio quidem id facere nolebat: seque indigna pati quaerebatur. Cùm verò illi vehementius Jupiter instaret: at ego, ait, ea lege ac pacto per turbam incedam, si Amor non incesserit: quod si ille ingressus fuerit, ego certè statim inde abibo. Atque inde factum est, ut scorta omnia impudica sint.*

fectos, salvo la Verguenza, la qual se le olvidò de darles. No teniendo pues manera ninguna, como introducirla, mandòle que se fuese assi entre la gente. Pero la Verguenza, luego al principio no lo queria hacer: i quexavase, que se le hacia agravio. Pero como Jupiter le dava mucha prisa: pues yo, dixo, con tal pacto i condicion irè, con que el Amor no venga, porque si èl viniere, yo en la misma hora me saldrè de alli. I de aqui sucediò, que todas las rameras son desvergonzadas.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula ostendit eos, qui amore capti sint, impudicos esse.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula muestra, que todos los enamorados son desvergonzados.

Jupiter.

*Cum Jupiter nuptias celebraret, omnia animalia ad illas invitavit. Cùm igitur sola Testudo serò ad convivium advenisset, Jupiter tantae morae causam miratus, cur ad convivium non venisset, ea rogavit? Quae ita respondit: Domus chara, domus optima. At Jupiter illi iratus, sententiam contra eam tulit, ut suam ipsius domum humeris suis impositam, quòcumque iret, ferret.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, multos esse homines, qui malint apud se ipsos parcè ac tenuiter vivere, quàm apud alios lautè ac epulenter.*

Lu-

*Jupiter.*

Celebrando Jupiter unas bodas, combidò à ellas à todos los animales. Tardando pues à venir sola la Tartuga, Jupiter maravillado, què podia ser la causa de tan gran tardanza, preguntòle, que por què no avia venido al combite? La qual respondiò de esta manera: Mi casa querida, mui buena mi casa. Enojado pues Jupiter con ella, diò contra ella una sentencia, que se cargasse su casa acuestas, i dò quier que fuesse, la llevasse.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai muchos hombres, que quieren mas vivir en sus casas escasa, i pobremente, que en las agenas ricos, i sobrados.

*El*

Lupus, & Ovis.

*Lupus cùm à Canibus morsus pessimeque tractatus esset, jacebat. Cùm autem esuriret, Ovemque vidisset, rogabat eam, ut sibi potum ex praeterfluente flumine praeberet. Si enim tu mihi, ait, potum praebueris, ego ipse mihi cibum quaeram. At Ovis re cognita respondit: Atqui si ego tibi potum praebuero, ipse me uteris tamquam cibo.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad illos, qui malitiosè, fictoque animo aliis insidias tendunt.*

Lepores.

*Lepores quondam cum Aquilis bellum gerentes, in belli societatem*

*El Lobo, i la Oveja.*

UN Lobo mordido, i maltratado de los Perros, estava tendido. Teniendo pues hambre, i viendo una Oveja, rogavale, que le trujesse de bever del rio. que alli cerca corria. Porque si tù, dice, me trujeres de bever, el comer yo me lo procurarè. Pero la Oveja entendiendo el caso, respondiò: Si yo te trujere de bever, aprovecharte has tù de mì para mantenimiento.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los que maliciosamente, i con aforrado ànimo urden à otros traiciones.

*Las Liebres.*

LAs Liebres un tiempo teniendo guerra con las Aguilas, pidie-

*tem Vulpes vocaverunt. Quae ita illis responderunt : Ferremus certè vobis opem, nisi & quinam sitis, & cum quibus bellum geritis, intelligeremus.*

dieron socorro à las Raposas. Las quales les dieron tal respuesta : Dariamos os cierto socorro, si no supiessemos quien sois, i con quien teneis la guerra.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, eos, qui cum potentioribus se certent, salutem suam pro nihilo ducere.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que los que con gentes mas poderosas, que ellos, toman contiendas, tienen en poco su perdicion.

Formica.

*QUae nunc Formica est, olim fuit homo, qui assiduè versabatur in agricultura : neque iis, quae propriis laboribus sibi parabat, contentus erat: quin potius vicinorum fructus furabatur. Jupiter autem ob ejus avaritiam indignatus eum in hoc animal, quae Formica vocatur, immutavit.*

*La Hormiga.*

LA que ahora es Hormiga, fue un tiempo hombre, i era mui dado à la labor de la tierra : ni se tenia por contento con lo que con sus trabajos propios adquiria : sino que hurtava los frutos de sus vecinos. Jupiter pues enojado de su avaricia, transformòlo en este animal, que llaman Hormiga. La qual

*vit. Quae etiam si formam mutavit, affectum tamen immutatum retinuit. Nam & nunc quidem arva circuit, alienosque labores colligens sibi illos recondit.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos, qui pravi sint natura, etiamsi speciem mutent, pravos tamen mores semper retinere.*

Vespertilio, & Mustela.

V*Espertilio cùm in terram cecidisset, à Mustela captus est. Cùm igitur occidendus jam esset, Mustelam pro salute sua deprecabatur. Quae cùm diceret, se illum dimittere non posse, quod volucribus omnibus natura esset inimica; Vespertilio respondit, se non*

qual aunque mudò la figura, la codicia conservò sin mudarla. Porque aun oi dia anda por los campos, i recogiendo los trabajos agenos, se los alza para sì.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que son de mala naturaleza, aunque muden de manera de vivir, siempre conservan sus malas costumbres.

*El Murciegalo, i la Comadreja.*

UN Murciegalo cayendo en tierra, fue preso de una Comadreja. Estando pues ya para ser muerto, suplicava à la Comadreja por le vida. La qual dixo, que no lo podia soltar, porque naturalmente era à todas las aves enemiga. Respondiò el Murciegalo, que èl no era

*non esse avem, sed murem: atque ita dimissus est. Cùm autem iterum cecidisset. atque ab alia Mustela captus esset, & eam quoque nè se occideret, rogaret, illa respondit, se cum omnibus Muribus bellum gerere. Cui Vespertilio respondit, se non Murem esse, sed Vespertilionem. Atque ita secundò salutem consecutus est. Evenit itaque ut bis nominis mutatione ex periculo evaderet, salutemque consequeretur.*

era ave, sino Raton: i assi fue suelto. Pero cayendo otra vez, i siendo preso de otra Comadreja, rogavale tambien à aquella, que no lo matasse. La qual respondiò, que tenia guerra con todos los Ratones. A la qual respondiò el Murciegolo, que èl no era Raton, sino Murciegalo. De esta manera se librò la segunda vez. Sucediò pues, que se librò dos veces de peligro con mudarse el nombre, i alcanzò libertad.

Fabulae explicatio.

*Fabula haec nos docet, oportere quoque nos non semper iisdem in sententiis permanere, illud intelligentes, eos, qui opportuno tempore sententiam mutent, saepè effugere pericula.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que conviene tambien que nosotros no perseveremos siempre en unos mismos pareceres, pues vemos, que los que quando conviene, mudan de parecer, se escapan muchas veces de peligro.

Via- *Los*

## Viatores.

*QUidam Viatores cùm secundùm littus iter facerent, in speculum quandam devenerunt. Unde cùm sarmenta natantia procul conspicati essent, navim aliquam magnam esse arbitrati sunt. Itaque quasi illa eò appulsura foret, expectarunt. Verum cùm sarmenta ventorum vi commota propiùs accessissent, non jam amplius navim, sed scapham se videre existimabant. Cùm autem ad littus appulsa essent, eaque sarmenta esse cognovissent, inter se dixerunt: O quàm frustra nos id, quod nihil erat, praestolabamur!*

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, quos-*

## *Los Caminantes.*

UNos Caminantes caminando junto de una costa, vinieron à una atalaya. Dende la qual viendo venir de lexos nadando una gavilla de sarmientos, pensaron, que era algun Navìo gruesso: I assi aguardaron, como si alli huviera de arribar. Pero como los sarmientos movidos con la fuerza del viento, se llegaron mas cerca, ya no les parecia que veìan Navìo, sino Batèl. Llegando pues los sarmientos à la costa, i viendo que era una gavilla de sarmientos, dixeron entre sì: O quàn en valde avemos aguardado lo que no era nada!

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra,

*quosdam esse homines, qui de improviso terribiles quidem esse videantur: cùm verò illorum factum sit periculum, nullius pretii esse judicentur.*

tra, que ai algunos hombres, que assi de un pronto parecen hombres dignos de respeto: pero quando se ha hecho experiencia de su valor, son juzgados por hombres de baxo quilate.

## Asinus Sylvestris.

*Quidam Sylvestris Asinus, cùm quemdam Asinum domesticum in aprico quodam loco conspexisset, accedens ad eum, beatissimum illum & corporis habitudine, & cibi copiâ praedicabat. Verum cùm paulò post ipsum onera ferentem vidisset, agasonemque ponè sequentem virgisque illum ferientem, ait: Atqui ego beatum te jam amplius non putabo. Video enim tibi multis malis constare istam tuam foelicitatem.*

## *El Asno Montesino.*

Un Asno Montesino viendo à otro Asno domestico estàr en un abrigo, llegòse à èl: i llamavalo bienaventurado, assi por el buen habito de cuerpo, como por la abundancia del mantenimiento. Pero quando à cabo de poco lo viò llevar cargas, i al Harriero, que le iva detràs, hiriendole con el làtigo, dixo: A buena fè que yo de oi mas no te tendrè por bienaventurado. Porque à costa de muchos males veo, que compras essa prosperidad.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, non esse cur invideamus iis, qui multis periculis magnisque miseriis pecunias lucrentur.*

Asini.

*ASini olim cùm se oneribus premi, defatigarique viderent, legatos ad Jovem miserunt petitum, ut à laboribus liberarentur. Jupiter autem iis ostendere volens, id fieri non posse, respondit, tunc illos à laboribus iri liberatum, cùm mingendo flumen effecissent. Asini autem seriò Jovem loqui persuasi, ab eo tempore usque nunc, ubi alios minxisse vident, ibidem quoque & ipsi consistentes mingunt.*

Fa-

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que no ai porque tener embidia à los que con grandes peligros i fatigas ganan los dineros.

*Los Asnos.*

LOs Asnos un tiempo viendose fatigados i cansados de las cargas, embiaron à Jupiter sus embaxadores, à pedirle los librasse de trabajos. Pero Jupiter queriendoles mostrar, que no era possible, les respondiò, que entonces quedarian libres de trabajos, quando meando hiciessen un rio. Los Asnos pues pensando que Jupiter hablava de veras, desde entonces hasta oi, donde vèn que otros han meado, alli mismo se paran, i se mean.

*De-*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, quod cuique fatale sit, nullâ diligentiâ vitari posse.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que lo que à uno le es de hado, no se puede evitar con ninguna diligencia.

Asinus, & Vulpes.

*Asinus Leonis pelle indutus undique perterrens caetera animalia circuibat. Cùm igitur Vulpem conspexisset, & hanc quoque deterrere conabatur. At illa cùm casu ipsum rudentem audivisset, ait illi: scito heus tu, & me quoque tui timore perterrendam fuisse, ni te prius rudentem audivissem.*

*El Asno, i la Raposa.*

UN Asno vestido de una piel de Leon andava por todas las partes espantando à los otros animales. Viendo pues à la Raposa, intentava tambien de espantarla. Pero ella aviendole oìdo acaso rebuznar, dixole: Sabete hola tù, que yo tambien te huviera temido, si primero no te huviera oído rebuznar.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, multos esse homines indoctos, qui iis qui foris sunt, aliquid esse videantur: qui tamen loqua-*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai muchos hombres indoctos, que à lo de defuera se muestran ser algo: pero con su par-

*quacitate sua se ipsos redarguunt.*

parlar, ellos mismos se descubren.

### Asinus, & Ranae.

A*Sinus quidem cùm ligna ferret, paludem quandam pertransibat. Cùm autem lapsus cecidisset, neque se erigere posset, lamentabatur, atque suspirabat. At Ranae, quae in palude erant, cùm suspiria ejus audivissent, heus tu, dixerunt: Ecquid faceres, si tamdiu quàm nos hìc vitam egisses? qui quod ad breve quoddam tempus cecideris, adeò miserè vicem tuam doles.*

### *El Asno, i las Ranas.*

UN Asno yendo cargado de leña, passava una laguna. Aviendo pues desvarado i caído, i no pudiendose levantar, lamentava i suspirava. Las Ranas pues que estavan en la laguna, oyendo sus suspiros, le dixeron: Hola tù, què hicieras, si huvieras estado aqui tanto tiempo como nosotras? pues por aver caìdo por un poco de tiempo, tan tristemente lloras tu desventura.

### Fabulae explicatio.

*Hac oratione quispiam uti poterit contra virum segnem, qui leves aliquos labores fert animo iniquissimo, cùm ipse gravioribus obsistat.*

Asi

### *Declaracion de la Fabula.*

De estas palabras podrà uno valerse contra un hombre cobarde, que no tiene paciencia en algunos ligeros trabajos, pues èl sufre otros mayores.

*El*

Asinus, & Corvus.

*Asinus quidam dorso exulcerato in prato quodam pascebatur. Cui cùm Corvus insedisset, ulcusque feriret, Asinus quidem rudebat ac saltabat: agaso autem stans procul ridebat. Quem cùm praeteriens Lupus vidisset, ait: Heu nos miseros! quos si modò homines viderint, statim persequuntur: hinc autem & arrident.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, homines maleficos, vel solo aspectu dignosci.*

*El Asno, i el Cuervo.*

UN Asno matado en el espinazo, estava paciendo en un prado: i assentandosele un Cuervo encima, i picandole en la herida, el Asno rebuznava i bailava: i el Harriero reìase puesto desde lexos. Viendolo pues un Lobo, que passava, dixo: Ai desdichados de nosotros! que si los hombres solamente nos vèn, luego nos persiguen: i con èste aun se huelgan.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que à los que son malhechores, luego se les conoce en el aspecto.

Asinus, & Vulpes.

*Asinus, & Vulpes inita inter se socie-*

*El Asno, i la Raposa.*

EL Asno, i la Raposa juntando entre sì

*cietate venatum profecti sunt. Cùm autem Leo illis obviam prodiisset, Vulpes periculum, quod imminebat, cernens, ad Leonem accessit: pepigitque si ei impunitatem promisisset, se illi Asinum fore traditurum. Cùm autem Leo se id concessurum respondisset, illa adductum Asinum in casses quosdam induxit. Quem cùm jam effugere non posse, Leo vidisset, Vulpem quidem primò comprehendit: deinde verò ad Asinum conversus est.*

sì compañia salieron à caza. Saliendoles pues un Leon al encuentro, la Raposa viendo el peligro que se ofrecia, fuese para el Leon: i concertò con èl, que si le otorgava la vida, ella le entregarìa al Asno en sus manos. Prometiendole pues el Leon, que se la otorgarìa, ella truxo al Asno, i hizole dar en un cepo. Viendo pues el Leon, que ya no podia huir el Asno, echò primero mano de la Raposa, i despues bolviòse contra el Asno.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos, qui sociis insidias struxerint, saepè & se ipsos perdere imprudentes.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que à sus compañeros hacen traicion, muchas veces indiscretamente se destruyen à sì mismos.

Gallina, & Hirundo.

*Allina quaedam cùm Serpentis ova reperisset, illa diligenter calefecit, ac incubuit. Quam cùm Hirundo conspexisset, ait: Cur haec, ò demens nutris? quae cùm adoleverint, à te initium sument injuriam faciendi?*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet homines malo animo implacabiles esse, quantumvis quispiam eos sibi devinciat beneficiis.*

*La Gallina, i la Golondrina.*

UNa Callina hallando unos huevos de una Serpiente, calentòlos i encovòlos con mucha diligencia. La qual viendola una Golondrina, dixole: A què fin crias essos, loca? que despues de criados, por tì comenzaràn à hecer agravios.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los hombres de mal ànimo son crueles: aunque mas uno los obligue con hacerles buenas obras.

Camelus.

*CUm primum Camelus visus est, homines perterriti, & corporis magnitudinem mirati, illum fugiebant. Verum cum temporis progres-*

*El Camello.*

LA primera vez que se viò Camello. los hombres espantados, i maravillados de la grandeza de su cuerpo, huìan de èl. Pero quando por el

*gressu mansuetudinem ejus cognovissent, ad eum accedere ausi sunt. Atque cùm paulò post nullam inesse bilem belluae persensissent, ita illum contempserunt, ut & frenum ei imponerent, & pueris eum traderent agendum.*

el discurso del tiempo entendieron su mansedumbre, osaronse allegar à èl. I como à cabo de poco sintieron, que ninguna colera tenía la bestia, tuvieronla en tan poco, que le echaron un freno, i lo dieron à los muchachos para que lo governassen.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, ea, quae terribilia sint, consuetudine fieri contemnenda.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que las cosas terribles, con la pràctica vienen à ser tenidas en poco.

Serpens.

*Serpens cùm à multis hominibus conculcaretur, ea de re cùm Jove expostulavit. Cui Jupiter dixit: Si eum, qui te primò conculcavit, momordisses, alter certè id facere minimè ausus esset.*

*La Serpiente.*

La Serpiente viendose acoceada de todos, quexòse de ello à Jupiter. A la qual Jupiter le dixo: Si al que primero te pisò, tù lo mordieras, el segundo no huviera osado hacerlo.

Fa- De-

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos qui primis hostibus resistant, reliquis fieri terribiles.*

Columba.

C*Olumba siti enecta cùm aquae poculum quodam in loco depictum conspexisset, verum esse putans, magno impetu in illud delata est: imprudensque ad tabulam offendit: ita ut pennis fractis in terram ceciderint, atque à quodam ex iis, qui praeteribant, capta sit.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, quosdam esse homines, qui prae nimia cupiditate imprudenter res aggredientes se ipsos conjiciant in perniciem.*

Co-

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que resisten à sus primeros enemigos, ponen terror à los demàs.

*La Paloma.*

UNa Paloma muerta de sed, viendo en cierto lugar un vaso de agua pintado, i creyendo que era verdadero, con gran impetu se fue para èl, i indiscretamente diò en la tabla tal golpe, que quebradas las alas cayò en tierra: i uno de los que passavan la tomò.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai algunos hombres, que emprendiendo las cosas de pura codicia con poca discrecion, à sì mismos se echan à perder.

*La*

Columba, & Cornix.

*Quaedam Columba, quae in columbario quodam nutriebatur, de filiorum foecunditate sese magnificè efferebat. Quam cùm audisset Cornix, ait: Atqui heus tu, desine ea re tantopere gloriari. Nam quò plures filios pepereris: eò plus moeroris capis.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, ex servis item eos esse infortunatissimos, qui multos in sua servitute filios procrearint.*

Dives.

*Quidam Dives cùm duas haberet filias, altera ex illis mortua praeficas mercede conduxit. Cùm ita-*

*La Paloma, i la Corneja.*

UNa Paloma tenia de comer en un Palomar: i estava mui entonada, porque criava muchos hijos. Pero oyendola la Corneja, le dixo: Hola tù, dexate de alabarte tanto de esso. Porque quantos mas hijos parieres, tanto mas tristezas recibes.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que assi mismo aquellos siervos son mui desventurados, que en su servidumbre engendràren muchos hijos.

*El Rico.*

UN Rico, que tenia dos hijas, muriendosele la una, alquilò mugeres para que la llorassen. Diciendo pues

*itaque altera filia dixisset : Vah nos miserae, ad quas luctus pertinet, lamentari nescimus : hae autem, ad quas nihil omnino pertinet, tàm miserè se lacerant ? Mater respondit: Nè id mireris filia, has tàm miserè lamentari : pecuniarum enim gratià id efficiunt.*

pues la otra hija: O! nosotras desdichadas, à quien toca este duelo, no sabemos lamentar : i èstas, que no les và nada, tan miserablemente se lastiman? respondiò la madre. No te maravilles hija, que èstas hagan tan miserables lamentaciones; porque lo hacen por amor de los dineros.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, quosdam esse homines, qui prae pecuniae cupiditate ex alienis calamitatibus quaestum facere minimè verentur.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai algunos hombres, que de pura codicia del dinero no tienen verguenza de sacar provecho de las agenas desventuras.

Pastor.

*Pastor quidam cùm in quercetum quoddam suas oves adduxisset, pallium suum sub quadam quercu stravit, ascendensque sursum, fructum excutiebat. At oves dum glan-*

*El Pastor.*

UN Pastor aviendo traìdo sus ovejas à un carrascal, tendiò su capa debaxo una carrasca, i subido arriba vareava la fruta. Pero las ovejas comiendo las be-

*glandes quidem devorant, imprudentes, & Pastoris quoque pallium una devorarunt. Cùm igitur Pastor è quercu descendisset, ac quod acciderat, cognoscet: O pessima, inquit, animalia, vos caeteris vellera ad vestes faciendas praebetis, meum autem, qui vos nutrio, pallium subripitis?*

bellotas imprudentemente, se comieron tambien la capa del Pastor. Baxando pues el Pastor de la carrasca, i entendiendo lo que avia sido, dixo: O malvados animales, vosotros dais à los otros vellones para hacerse de vestir: i à mì, que os mantengo, me hurtais la capa?

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, multos esse homines, qui prae sua stultitia, iis quibus non oportet, beneficia conferuntur: de suis autem familiaribus pessimè merentur.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ai muchos hombres, que de puro necios, à quien no conviene hacen buenas obras, i à sus familiares, malas.

Piscator, & Smaris.

*Piscator quidam cùm in mare suum rete demisisset, Smaridem cepit. Quae cùm parva esset, eum deprecabatur, nè*

*El Pescador, i la Esmarida.*

UN Pescador echò su red en la mar, i tomò una Esmarida. La qual como era pequeña, suplicavale, que

*nè se modò caperet: sed quòd tunc pusilla esset, se dimitteret. Cùm enim crevero, ait, majorque fuero, tunc me capere poteris; siquidem tunc tibi majori ero utilitati. Cui Piscator respondit: Demens quidem ego essem, si quaestum, quem in manibus habeo, etiam si parvus sit, omitterem, illumque, quae in dubio est, quantumvis magnum expectarem.*

agora no la tomasse, sino que pues entonces era pequeña, la soltasse. Porque quando avrè crecido, dice, i fuere mayor, me podràs tomar: pues entonces te darè mayor provecho. A lo qual respondiò el Pescador. Bien necio serìa yo, si dexasse la ganancia que tengo en la mano, aunque pequeña, por aguardar la que està en duda, aunque sea mui grande.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, valdè imprudentes eos esse, qui majorum rerum spe ea, quae sint in manibus, etiamsi parva sint, omittant.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, quan necios son aquellos, que por esperanza de cosas mayores dexan lo que tienen en la mano, aunque sea poco.

Equus, & Asinus.

*Quidam homo Equum & Asinum habebat: qui cùm simul iter facerent, in iti-*

*El Cavallo, i el Asno.*

UN hombre tenia un Asno, i un Cavallo: los quales yendo juntamente camino, dixo

*itinere dixit Asinus Equo: Si me salvum esse vis, parte aliqua oneris me leva. Cùm autem id facere nollet, Asinus prae oneris ac laboris magnitudine exanimatus cecidit, ac mortuus est. Herus autem omnia Asini onera Equo imposuit, & praetereà Asini pellem. Itaque Equus lugens vociferabatur dicens : Vae misero mihi! Quidnam mihi accidit omnium perditissimo? Quia enim parum quid oneris ferre recusavi, & omnia onera, coriumque ipsum Asini fero.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, si parvi ac magni mutuis officiis sese juverint, utrosque in vita conservari.*

Ho-

xo el Asno al Cavallo en el camino : Aliviame parte de la carga, si quieres que no muera. Como el Cavallo no lo quiso hacer, el Asno desmayando de la mucha carga i trabajo, cayò, i muriò. El amo cargò al Cavallo toda la carga del Asno, i mas el pellejo de èl. El Cavallo pues llorando, dava voces, i decia : Ai desdichado de mì! Què me ha acontecido desventurado mas que quantos son? Que por no querer llevar un poquillo de peso, he aqui donde lo llevo todo, i tambien la misma piel del Asno.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que si los grandes i los pequeños se favorecen los unos à los otros, se conservaràn en la vida.

*El*

## Homo, & Satyrus.

*Homo quidam initâ cum Satyro amicitia coenabat apud eum. Cùm autem hiems esset, atque frigus, Homo manus ad os applicans, eas afflabat. Verum cùm Satyrus eum, cur id faceret, rogaret, Homo respondit: Manus meas contra vim frigoris calefacio. Cùm autem paulò post cibus calidus allatus esset, Homo illum ori admovens, afflabat. Roganti igitur rursum Satyro, quid ita id efficeret, respondit: Cibum hunc refrigero. Respondens autem Satyrus, dixit: At ego jam nunc amicitiam, quae mihi tecum est, dissolvo: siquidem eodem ex ore & calidum efflas, & frigidum.*

## *El Hombre, i el Satiro.*

UN Hombre, tomada amistad con un Satiro, comia con èl Como era invierno, i hacia frio, el Hombre allegavase las manos à la boca, i soplavalas. Preguntandole el Satiro, por què lo hacia? respondiò el Hombre: Calientome las manos contra el poder del frio. Pero trayendo à cabo de poco una vianda caliente, el Hombre llegandosela à la boca, soplavala. Preguntandole otra vez el Satiro, por què lo hacìa, respondiò: Refresco esta vianda. Respondiendo el Satiro, le dixo: A buena fè que yo de oi mas renuncio la amistad, que contigo tengo: pues de una misma boca soplas aire caliente, i tambien frio.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, ut eorum amicitias fugiamus, quos animo duplici esse intelligemus.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que huigamos de las amistades de aquellos, que entendieremos ser gentes de dos caras.

Vulpes, & Lignator.

*VUlpes cùm venatores fugeret, multamque in solitudine viam decurrisset, in ea virum quemdam Lignatorem invenit, quem, nè se venatoribus indicaret, deprecata est. Cùm autem ille Vulpi tuguriolum suum ostendisset, eò ingressa est: atque in angulis ejus se abscondit. Cùm igitur Venatores intervenissent, de Vulpeque hominem rogassent, ille verbis quidem, se quidquam de ea scire negabat: manu verò locum, in quo latebat, indicabat. Cùm autem il-*

*La Raposa, i el Leñador.*

LA Raposa huyendo de los Cazadores, i aviendo corrido mucho en un desierto, hallò en èl à un Hombre que hacia Leña, al qual le rogò, que no la descubriesse à los Cazadores. Mostrando pues èl à la Raposa su chozuela, entròse alli, i escondiòse en sus rincones. Acudiendo pues alli los Cazadores, i preguntando al Hombre por la Raposa, èl de palabra deciales, que no sabìa nada de ella: pero con la mano mostravales el lugar, do estava escondida. Pero co-

*illi non animadvertissent, statim discesserunt. Vulpes igitur ubi eos jam profectos esse vidit, exiit, ac homini nè uno quidem verbo gratias egit. Cùm autem ille eam ut ingratam reprehenderet: praesertim cùm ipse eam è tanto periculo servasset, neque tamen ullas de tanto beneficio sibi gratias ageret, Vulpes conversa respondit: Ego quidem heus tu, amice, tibi gratias agerem, si tuae manus indicia, tuique mores cum tuis verbis concordassent.*

como no lo advirtieron, passaron luego adelante. La Raposa pues quando viò, que ya eran idos, saliò, i ni aun con sola una palabra no le diò al Hombre las gracias. I como èl la reprehendia de desagradecida, pues aviendola èl librado de un tan gran peligro, ningunas gracias le dava de una tan buena obra, bolviendose la Raposa le respondiò: Yo cierto, amigo, te diera las gracias, si las señas de tus manos i tus costumbres con tus palabras conformàran.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad illos, qui verbis quidem suum officium benignè pollicentur: re tamen ipsa se praebent adversarios.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los que de palabra hacen buenas ofertas: pero por las obras se muestran adversarios.

Ho- *El*

Homo fractor Statuae.

*HOmo quidem ligneum habebat Deum, quem quotidiè, ut sibi benefaceret, deprecabatur. Cùm igitur id faceret, ac nihilominus in sua paupertate permaneret, illi iratus eum pedibus arripuit, in pavimentumque projecit. Cùm igitur caput illisum esset, perfractumque, magnam auri copiam effudisset, homo illud colligens clamabat: O quam perversus mihi videris & ingratus! Colenti enim te mihi nequaquam profuisti: verberantem verò multis bonis affecisti.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, id esse pravorum hominum ingenium, ut potius*

*El Hombre quebrantador de la Estatua.*

UN Hombre tenia un Dios de palo, al qual le suplicava cada dia, que le hiciesse algun bien. Como lo hacia pues assi, i con todo esso èl perseverava en su pobreza, airado contra èl, tomòlo de los pies, i arrojòlo al suelo: i como diò de cabeza, quebròsela: i derramòse de alli mucha cantidad de oro. El Hombre pues cogiendolo, decia à voces: O quan perverso i desagradecido me pareces! Pues quando te honrava, ningun bien me hiciste, i agora, que te he maltratado, hasme hecho mucho bien.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que es propia condicion de gente ruìn, mo-

*tius malo coacti, quàm officiis deliniti, officium suum faciant.*

moverse antes à hacer lo que deben forzados por mal, que con buenas obras obligados.

## Homo, & Canis.

*Homo quidam coenam apparabat animo invitandi quemdam ex amicis sibi ac familiaribus. Hujus autem Canis Canem alium vocabat dicens: Veni, amice, ut mecum coenes. Ille autem accedens laetus assistebat, opiparam illam coenam spectans, dicensque intra se: Papae! quanta mihi derepentè laetitia oborta est! Enutriar enim, & ad satietatem usque coenabo: ita ut nè in crastinum quidem esuriam. Cùm igitur haec Canis cogitaret intra se, simulque caudam commoveret, ut qui jam amici favore fretus esset, Coquus cùm eum huc atque*

## *El Hombre, i el Perro.*

UN Hombre aderezava una cena con fin de combidar à uno de sus amigos i familiares. I un Perro de aquel tal llamava à otro diciendo: Amigo, vèn, i generàs conmigo. I èl allegandose assistìa allì alegre, mirando aquella cena suntuosa, i diciendo entre sì: O quan gran alegria me ha sucedido repentinamente! Yo me engordarè, i cenarè hasta no poder mas, tanto que ni aun mañana no tendrè hambre. Estando pues el Perro pensando esto entre sì, i meneando la cola, como aquel que ya estava mui confiado del amigo, el Cocinero viendole menear

*que illuc caudam commoventem vidisset, arripiens eum ex cruribus ejecit illum statim de fenestris. Qui cùm cecidisset, ibat ejulans. Quidam autem ex Canibus, qui illi in via occurrebant, rogabat eum: Quonam modo coenasti, amice? Qui ei respondens dixit: Nimio potu ebrius plusquam sat erat, nè viam quidem ipsam, quam sum egressus, novi.*

la cola à una parte i à otra, arrebatòlo de las piernas, i echòlo por las ventanas. I como cayò, iva dando gritos. I uno de los otros Perros, que lo topavan en el camino, preguntavale: Còmo te ha ido, amigo, en la cena? El qual respondiendole, dixo: Estoi tan borracho de bever demasiado, que ni aun el camino no sè, por donde he salido.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, ne iis confidamus, qui ex alienis rebus benè se nobis facturos pollicentur.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que no fiemos de aquellos, que prometen de hacernos bien de lo que no es suyo.

Piscator.

*QUidam Piscator piscandi artis imperitus sumptis tibiis ac retibus ad mare profectus est. Stansque su-*

*El Pescador.*

UN Pescador inhabil en el arte de pescar, tomando flautas i redes, fuese à la mar. I poniendose encima de una

*super quadam petra principio quidem tibiis canebat, putans pisces ad cantus suavitatem fore exilituros. Verum cùm id frustra valdè esset conatus, neque quidquam cepisset, rejectis tibiis retia assumpsit: quae cùm in mare projecisset, cepit magnam piscium multitudinem. Quos cùm è retibus extraxisset, salientesque vidisset, ait: O pessima animalia, cùm tibiis canebam, non saltabatis, modò autem postquam jam cessavi, id efficitis?*

una peña al principio, tañia con las flautas, creyendo que los pescados avian de saltar à la suavidad de la musica. Pero quando lo huvo procurado mucho, i por demàs, i no tomò cosa ninguna, arrojò las flautas, i tomò las redes, i echandolas en la mar, tomò gran cantidad de pescado. I sacandolos de las redes, como los viò saltar, les dixo: O malvados animales, quando os tañia con las flautas, no bailavades: i despues que ya me he parado, lo haceis?

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad illos, qui praeter rationem & intempestivè aliquid efficiunt.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los que hacen alguna cosa fuera de razon, i no al tiempo que conviene.

## Bubulcus.

*Bubulcus quidam cùm taurorum gregem pas-*

## *El Vaquero.*

UN Vaquero, que apacentava un reba-

*pasceret, vitulum amisit. Cùm igitur solitudinem omnem peragrasset, quaerere eum perrexit. Verum cùm nihil omnino reperire potuisset, Jovi vovit, si eum, qui vitulum furatus esset, sibi ostenderet, se illi Hoedum fore in sacrificium oblaturum. Cùm igitur in quercetum profectus esset, Leonem invenit, vitulum illum, quem quaerebat, devorantem. Cùm igitur vehementer expavisset, sublatis ad coelum manibus ait: O domine Jupiter, Hoedum tibi me sum pollicitus daturum, si furem invenissem: nunc autem Taurum me tibi sacrificaturum recipio, si ex hujus manibus evasero.*

baño de Toros, perdiò un Becerro. Aviendo pues andando todo el desierto, prosiguiò de buscarlo. Pero no pudiendo hallar cosa ninguna, hizo voto à Jupiter, que si le mostrava al que le avia hurtado su Becerro, le ofreceria un Cabrito en sacrificio. Yendo pues à un carrascal, hallò un Leon, que estava comiendose el Becerro, que èl buscava. Quedando pues mui despavorido, alzò las manos al cielo, i dixo: O señor Jupiter, yo te ofrecì, que te darìa un Cabrito, si hallava al ladron: mas agora yo te ofrezco de sacrificarte un Toro, si de las manos de èste me escapàre.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad homines malè fortunatos, qui quidem dum re-*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los hombres desdichados, que quando carecen de las

*rebus carent, ut eas inveniant, deprecantur. Cùm autem eas invenerint, illas effugere conantur.*

las cosas, suplìcan por hallarlas. I despues que ya las tienen, procuran mucho escaparse de ellas.

## Corvus.

*Corvus morbo affectus dixit matri suae: Mater, ne me luge: sed pro me Deum deprecare. Quae respondens dixit illi: Quisnam Deorum, quaeso, tui fili miserebitur? Cujus enim carnes tu non est furatus?*

## *El Cuervo.*

UN Cuervo estando enfermo dixo à su madre: Madre, no me llores; sino ruega por mì à Dios. La qual respondiendo le dixo: Quàl Dios, dime hijo, se apiadarà de tì? Porque quièn ai, al qual tù no le ayas hurtado carne?

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos, quibus in vita multi fuerint inimici, nullos sibi in necessitate amicos inventuros.*

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que en la vida tienen muchos enemigos, al tiempo de la necessidad, no tendràn amigos.

## Aquila.

*Aquila quaerens Leporem, quem venari posset, sedebat super*

## *El Aguila.*

UN Aguila buscando alguna liebre que poder cazar, estava sen-

*per petra. Hanc autem cùm aliquis sagitta percussisset, sagitta quidem intra corpus ingressa est; crena vero unà cum pennis ante ejus oculos restitit. Quas cùm Aquila vidisset, ait: Et haec quoque mihi nova quaedam est tristitia: quòd propriis pennis pereo.*

sentada en una peña. Hiriendola pues uno de un saetada, la saeta entrò dentro del cuerpo; pero la muesca con las plumas quedòse delante de los ojos. Las quales quando el Aguila las viò, dijo: Otra nueva tristeza es esta mia: que con mis propias plumas muero.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, quàm sit grave quempiam à suis affici malis & incommodis.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que fuerte cosa es recebir de los suyos mismos daños, i fatigas.

## Cicada, & Formicae.

*Hiems tempore, quo frumenta solent effervescere, Formicae triticum suum refrigerabant. Cicada verò esuriens cibum ab illis precibus petebat; quae illi dixerunt: Cur tu tibi cibum non tempore aestatis quaesivisti? Non licebat*

## *La Cigarra, i las Hormigas.*

En el tiempo del Invierno, en que los panes suelen escalentarse, refrescavan su trigo las Hormigas. I la Cigarra hambrienta pediales por merced, les diessen parte de èl: las quales le dixeron: Por què tù en el estio no te buscaste

*bat mihi per otium, Cicada respondit: suaviter enim canens tempus consumebam. At Formicae ridentes dixerunt: Si canebas aestate, salta modò hieme.*

te de comer? No tenia lugar, repondiò la Cigarra, porque empleava el tiempo en cantar suavemente. Mas las Hormigas respondieronle riyendo: Si cantavas en el Verano, danza ahora en el Invierno.

Fabulae explicatio.

*Fabula haec nos docet, non oportere nos esse in gerendis, & administrandis rebus negligentes: nè postea moereamus, veniamusque in periculum.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que no conviene, que en el tratar, i administrar las cosas, seamos descuidados; porque despues no estemos tristes, i nos veamos en peligro.

Vermis, & Vulpes.

*Vermis ille, qui sub coeno jacet, ascendens super terram, omnibus animalibus dicebat: Medicus ego sum medicamentorum peritus, qualis est Paeon medicus Deorum. Cui Vulpes respondit: Quomodo tu igitur, qui alios curas, te*

*El Gusano, i la Raposa.*

Aquel Gusano, que està debaxo del cieno, subiendo encima de la tierra, decia à todos los animales: Yo soy medico, i habil en las medicinas, como lo es Peon medico de los Dioses. Al qual respondiò la Raposa: Còmo pues tù, que curas à los otros,

*te ipsum claudum non curas?*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, inania esse verba illa, quae non possint experimento comprobari.*

Gallina, quae aurum pariebat.

*Quidam Gallinam quamdam habebat, quae aurea ova illi pariebat. Qui putans intra ipsius Gallinae viscera aliquam auream massam contineri, eam occidit: aliisque Gallinis similem invenit. Itaque dum magnum aliquem thesaurum se inventurum speravit, & illo quoque parvo privatus est.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, debere nos praesentibus rebus contentos esse, habendique inexplebilem si-*

otros, no curas à tì mismo siendo coxo?

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, ser vanas las palabras, que no pueden demostrarse por la obra.

*La Gallina, que ponia el oro.*

UNo tenia una Gallina, que le ponia los huevos de oro. El qual creyendo que dentro de las entrañas de la Gallina estava encerrada alguna massa de oro, matòla: i hallòla à las otras gallinas semejante. De suerte, que confiando de hallar algun gran tesoro, quedò privado aun de aquel pequeño.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que nos avemos de contentar con lo que tenemos, i huir de la sed

 del

*sitim esse nobis fugiendam.*

del tener, que es insaciable.

## Leo, & Vulpes.

*LEo cùm jam senio confectus esset, jamque sibi cibum quaerere non posset, decrevit per insidias id efficere. Itaque profectus in speluncam, ibi jacebat, ac aegrotum simulabat. Animalia igitur, quae visendi gratiâ ad illum accedebant, comprehendens, illa devorabat. Cùm igitur multa periissent animalia, Vulpes astutiam illam intelligens, ad Leonem accessit: stansque extra speluncam rogabat eum, quomodo se haberet? Leo autem respondit: Malè: causamque rogavit, cur ad ipsum non ingrederetur. Cui Vulpes respondit: Quoniam multorum quidem introeuntium vestigia cerno, pau-*

## *El Leon, i la Raposa.*

EL Leon siendo ya viejo, i no pudiendo ya buscarse de comer, determinò de hacerlo por mañas. I assi fuese à una cueva, i estavase alli tendido haciendo del doliente. A los animales pues, que lo venian à visitar, tomavalos, i se los comia. Como perecian pues muchos animales, la Raposa entendiendo aquella astucia, fuese do estava el Leon; i parandose defuera de la cueva, preguntavale, còmo le iva? Respondiò el Leon: Mal: i preguntòle la causa, por què no entrava dò èl estava? Al qual respondiò la Raposa: Porque veo muchos rastros, que entran pa-

*paucorum autem exeuntium.*

## Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, prudentes homines, cùm pericula ex manifestis signis perceperint, illa effugere debere.*

## Altera explicatio ex Horatio.

*Haec fabula nos docet, quàm sit periculosum sese Reipublicae negotiis admiscere: quibus quidem multi perierunt: pauci autem ad expetendam vitae tranquillitatem reverti potuerunt.*

## Lupus, & Vetula.

*Lupus esuriens circumeundo sibi victum quaeritabat. Cùm autem in locum quemdam adventasset, puerum plorantem audivit, anumque illi dicentem: Desi-*

para dentro, i pocos, que buelven para fuera.

## *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los hombres cuerdos, quando por señales manifiestas vèn los peligros, han de huir de ellos.

## *Otra declaracion tomada de Horacio.*

Esta fabula nos declara, quan peligrosa cosa es entremeterse en los negocios pùblicos: en los quales se han perdìdo muchos, i pocos han podido bolver al deseado sossiego de la vida.

## *El Lobo, i la Vieja.*

UN Lobo muerto de hambre, andava buscando de comer. I viniendo à cierto lugar, oyò un niño, que llorava, i una Vieja que le decia: No llores, si no yo

*sine plorare: Alioqui hac ipsa hora projiciam te Lupo devorandum. Lupus itaque putans, anum seriò loqui, perseverabat multas horas expectans. Cùm autem jam advesperasceret, audivit iterum anum puero blandientem, & dicentem ei: Si Lupus huc venerit, fili, occidemus illum. Quòd cùm audivisset lupus, abiit dicens: In hoc tugurio aliud quidem verbis pollicentur, aliud verò reipsa praestant.*

yo te darè en la misma hora al Lobo, que te coma. El Lobo pues pensando, que la Vieja hablava de veras, estavase alli esperando muchas horas. Mas quando ya se hacia tarde, oyò otra vez à la Vieja, que alhagava al niño, i le decia: Hijo mio, si aqui viniere el Lobo, matarlo hemos. Como esto oyò el Lobo, fuese diciendo: En esta caserìa uno prometen de palabra, i otro hacen por la obra.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad eos, quorum facta verbis nequaquam correspondent.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à aquellos, cuyas obras no corresponden con sus palabras.

Hoedus, & Lupus.

*Hoedus super tecto quodam existens, cùm Lupum praetereuntem vidisset, faciebat illi con-*

*El Cabrito, i el Lobo.*

Un Cabrito puesto encima de un tejado, viendo un Lobo, que passava, deciale injurias,

*convicium, dictisque mordebat. Cui Lupus respondit: Heus tu, non tu quidem mihi, sed locus facit hoc convicium.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, saepè accidere, ut & locus, & tempus addant infirmioribus animum contra potentiores.*

Mulus.

*MUlus cùm nimio bordeo pinguis esset effectus, nimium lasciviebat: vociferansque dicebat: Pater meus est equus in cursu velocissimus: egoque illi omninò similis sum. Verum cùm ei aliquando necesse esset currere, ut à cursu cessavit, statim patris Asini recordatus est.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admo-*

rias, i mordiale de palabra. Al qual respondiò el Lobo: Hola tù, no me dices tù essas injuria, sino el lugar.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que muchas veces acaece, que el tiempo, i el lugar dàn ànimo à los que pueden poco contra los que son mas poderosos.

*El Mulo.*

UN Mulo aviendose hecho con la mucha cevada gordo, retozava mucho, i decia à voces: Mi padre es el cavallo mui ligero corredor: i yo le soi del todo semejante. Pero ofreciendosele una vez aver menester las piernas, quando se dexò de correr, luego se le acordò, que era hijo de Asno.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que

*monet, ne quis, etsi tempore ad gloriam elatus sit, suae tamen fortunae, conditionisque obliviscatur, praesertim cùm infirmum esse cernat praesentis vitae statum.*

que ninguno, aunque el tiempo le aya subido en honra, con todo esso se olvide de su fortuna, i estado: especialmente pues vè, quan flaca es la firmeza de esta vida.

Serpens, & Agricola.

*Serpens quaedam, quae in agricolae vestibulo morabatur, parvulum ejus puerulum occidit: cujus interitus magnum luctum attulit parentibus. Pater itaque prae nimio moerore securim arripuit, qua egressam occideret Serpentem: Cùm autem Serpens parumper progressa esset, Agricola dum nimis eam ferire festinat, suo ictu frustratus est: ac solum cavernae percussit ingressum. Cùm igitur Serpens discessisset, Agricola putans, Serpentem ejus mali non amplius me-*

*La Serpiente, i el Labrador.*

UNa Serpiente, que morava en la entrada de casa de un Labrador, matòle un niño pequeñito, que tenia, cuya muerte causò à sus padres mui gran duelo. El padre pues de pura tristeza arrebatò de una hacha, para matar la Serpiente, quando saliesse. Saliendo pues un poquillo la Serpiente, el Labrador por quererla herir mui presto, errò el golpe: i solamente hiriò la entrada del agugero. Ida pues la Serpiente, el Labrador pensando, que ya à ella no se le acorda-

*memorem futuram ; panem , & salem sumpsit, atque in ejus caverna reposuit. Serpens autem sibilo tenui ait : Non potest jam amplius inter nos fides , amicitiaque intercedere , quamdiu & ego petram hanc videro, & tu filii tumulum.*

daria mas de aquel mal, tomò pan , i sal , i pusoselo en el agugero. Mas la Serpiente con un sutil silvo le dixo : No puede ya de oi mas aver entre nosotros fidelidad, ni amistad , mientras yo viere esta piedra, i tù la sepultura da tu hijo.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, neminem , vel odii , vel vindictae oblivisci posse , quamdiu memoriam ejus viderit , quòd sibi attulit moerorem.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra , que ninguno puede olvidarse del odio, ni de la venganza , mientras viere alguna memoria de lo que le causò la tristeza.

Tubicen.

*TUbicen cùm exercitum congregasset, atque ab hostibus superatus esset , vociferabatur: Nè me occidete , ò viri, temerè atque frustra. Nullum enim ex vobis occidi: neque aliud quidquam praeter hoc aes posi-*

*El Trompetero.*

UN Trompetero aviendo juntado un exercito , i siendo vencido por sus enemigos, dava voces: No me mateis, varones, indiscretamente i sin por què. Pues à ninguno de vosotros he muerto : ni posseo otra

*sideo. Qui ei dixerunt: Atqui hanc ob causam multò potius peribis: quòd cùm tu pugnare non possis, alios tamen omnes ad pugnam accendis.*

otra cosa fuera de este metal. Los quales le dixeron: Pues por esso moriràs mejor: pues no siendo tù para pelear, incitas à los demàs à la batalla.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet multò gravius peccare illos, qui malos ac molestos principes incitant ad malefaciendum, quàm principes ipsos.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que mucho mas gravemente pecan los que à los malos i pesados principes incitan à hacer mal, que los mismos principes.

Arundo, & Oliva.

*ARundo, & Oliva de tolerantia, viribus, & quiete contendebant. Cùm igitur Oliva Arundini faceret convicium, quòd imbecilla esset, ac cuique vento facilè cederet, Arundo quidem tacebat, atque illi verbum unum respondebat. Cùm autem parumper expectasset, vehementissimusque ventus commotus esset, Arundo quidem con-*

*La Caña, i la Oliva.*

LA Caña, i la Oliva altercavan sobre el sufrimiento, fuerzas, i sossiego. La Oliva afrentava à la Caña, diciendo, que era flaca: i que à cada viento se sujetava: i la Caña callava, i no respondia palabra. Aguardando pues un poco, levantòse un viento mui furioso, i la Caña sacudida con los vientos,

*concusa, ventisque succumbens facilè conservata est: Oliva verò cùm ventis resisteret, eorum violentia effracta est.*

tos, i dando lugar à su furia, conservòse facilmente: mas la Oliva resistiendoles, quebròse con la gran violencia de ellos.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eos qui tempori cedant, neque potentioribus se resistant, prudentiores esse illis, qui cum potentioribus contendunt.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que los que dàn lugar à la necessidad, i no resisten à los que son mas poderosos que ellos, son mas cuerdos, que los que compiten con los que son mas poderosos.

Lupus, & Grus.

*Cum Lupi gutturi os infixum esset, Grui se mercedem praebiturum promisit, si suum caput in ejus guttur immisisset, ac inde os illud extraxisset. Quae cùm id fecisset, ut quae collo oblongo esset, mercedem à Lupo postulabat. Qui ridens dentesque exacuens ait: Satis magnam tibi*

*El Lobo, i la Grulla.*

A Viendosele puesto al Lobo un hueso en la garganta, prometiò à la Grulla de pagarle, si le metia la cabeza en la garganta, i se lo sacava. La qual quando lo huvo hecho, por tener el cuello largo, pediale al Lobo el premio. El qual riyendose, i cruxiendo los dientes, dixo: Tèn esto por harto

*tibi mercedem, hanc puta, quòd caput ex ore dentibusque Lupi incolume eduxeris, ac nullo malo affectum.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad homines, qui à periculis servati, servatoribus suis talem gratiam referunt.*

Galli.

C*Um duo quidam Galli de foeminis pugnarent, alter eorum alterum fugavit. Atque ille quidem qui fugatus erat, obscurum in locum se recepit: ibique delituit. Qui autem vicerat, in excelsum locum advolans, stansque super excelso quodam pariete magna voce cecinit. Statim autem Aquila advolans, eum arripuit. Qui verò in tenebris latebat, ex eo*

to bastante premio, el aver sacado tu cabeza de la boca i dientes del Lobo libre, i sin recibir ningun daño i perjuicio.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los hombres, que aviendo sido librados de peligros, dàn tal galardon à los que los libraron.

*Los Gallos.*

DOs Gallos peleavan por las hembras: i el uno de ellos hizo huir al otro. El que huyò pues recogiòse à un lugar escuro: i estuvo alli escondido. Mas el que avia vencido, bolò en alto: i poniendose en una pared alta, cantò à mui alta voz. Mas luego en la hora una Aguila bolando arrebatòlo. I el que estava escondido en lo escuro, desde alli adelante gozò con to-

*eo tempore audacter Gallinis foeminis potitus est.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, Deum Opt. Max. superbis quidem resistere; humilibus autem gratiam suam largiri.*

Senex, & Mors.

*QUidam Senex olim cùm ligna cecidisset, illaque super humeros portaret, longam viam processerat, nimioque labore defatigatus, onus quodam in loco reposuit, Mortemque sibi imprecatus est. Cùm autem Mors statim affuisset, causamque cur se vocaret, rogasset, Senex deterritus ait, ut hoc onus meum deferas.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, homines omnes, quantumvis pauperes sint, adver-*

toda libertad de las hembras.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que el Omnipotente Dios resiste à los sobervios: i dà su gracia à los humildes.

*El Viejo, i la Muerte.*

UN Viejo una vez despues de aver hecho leña, trayendola acuestas, avia andado mucho camino: i cansado del mucho trabajo, puso en cierta parte la carga, i llamò à la Muerte que viniesse. Viniendo pues luego la Muerte, i preguntandole, à què fin la avia llamado, el Viejo atemorizado dixo: Para que me lleves esta carga.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que todos los hombres, por pobres que sean, i

*versisque casibus premantur, tamen vitae teneri desiderio.*

## Ranae.

D*Uae Ranae, cùm palus, in quo morabantur, exsiccata esset, circuibant, quaerentes ubinam vitam possent agere. Cùm autem in puteum quemdam valdè profundum pervenissent, deorsumque inclinatae aquam conspexissent, altera ex illis censebat, ut statim in profundum exilirent: altera verò respondit: Quid si, & hic quoque exaruerit, quonam modo ascendere poterimus?*

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, nihil nobis inconsultò ac sine matura deliberatione esse efficiendum.*

Ag-

i puestos en trabajos, con todo esso tienen deseo de vivir.

## *Las Ranas.*

DOs Ranas aviendoseles secado la laguna en que moravan, andavan buscando donde poder passar la vida. Llegandose pues à un pozo mui hondo, i viendo el agua inclinadas àzia baxo, la una de ellas era de parecer, que en la misma hora se arrojassen à lo hondo: mas la otra respondiò: I si èste tambien se nos secàre, còmo podrèmos subir de aqui?

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que no hagamos cosa alguna inconsideradamente, i sin madura consulta.

*El*

Agnus, & Lupus.

*AGnus in excelso quodam loco constitutus, praetereuntem infra Lupum verbis mordebat, feram malam illum vocans, crudarumque carnium voracem. Lupus autem ad illum conversus ait: Non tu mihi convicia ista facis, sed turris in qua existis.*

*Declaracion de la Fabula.*

*Haec fabula pertinet ad illos, qui metu potentiorum ferunt contumelias indignorum.*

*El Cordero, i el Lobo.*

UN Cordero puesto en un lugar alto, atrentava de palabra à un Lobo que passaba por abaxo, llamandolo mala fiera, comedor de carne cruda. Mas el Lobo bolviendose à èl, le dixo: No me dices tù à mì essas injurias, sino esta torre donde estàs.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los que por temor de otros mas poderosos sufren las afrentas de ruines.

Culex, & Leo.

*CUlex ad Leonem accedens dixit illi: Neque te timeo, neque tibi de fortitudine concedo. Sin autem minus, quaenam tuae sunt vires? Quod unguibus laceras, dentibusque mordes? Et id quoque mulier cum vi-*

*El Mosquito, i el Leon.*

EL Mosquito llegandose al Leon, le dixo: Ni te temo, ni te conozco ventaja en la valentia. I sino, quàles son tus fuerzas? Por què despedazas con las uñas, i muerdes con los dientes? Esso tambien lo hace la muger, quando ri-

*viro pugnans efficit. Ast ego te longè quidem sum potentior. Quod si experiri vis, ad pugnam veniamus. Cùm igitur Culex tuba signum dedisset, inhaesit illi, mordens eum in naribus ea parte, qua nulli Leoni pili sunt. Leo autem se propriis unguibus eousque dilaceravit; donec indignatus est. Culex igitur cùm Leonem devicisset, tubaque sonans hymnum victoriae cecinisset, advolavit. Cùm verò post araneae laqueis irretitus devoraretur, suam fortunam miserabatur, quòd qui cum praestantissimis pugnare solitus esset, ab aranea animalium omnium abjectissimo necaretur.*

riñen con su marido. Mas yo mui mas valiente soi, que tù. I si lo quieres provar, vengamos à las manos. Haciendo pues el Mosquito señal con la trompeta, apegòsele mordiendolo en las narices, en la parre que no tiene pelos el Leon. I el Leon despedazòse con sus uñas hasta tanto, que se enfadò. El Mosquito pues aviendo vencido al Leon, i cantado el himno de la vitoria tañendo la trompeta, levantòse. Pero despues viendose preso en los lazos de la araña, quando se lo comia, llorava su desventura, pues estando acostumbrado à pelear con los mas principales, venia agora à morir à manos de la araña, que es el mas abatido animal de quantos son.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula pertinet ad*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula toca à los que

*ad illos, qui praestantissimos quidem prosternunt: deinde verò à vilissimis abjectissimisque hominibus caeduntur.*

que derriban à los mui valientes: i despues vienen à ser muertos à manos de hombres mui viles, i abatidos.

Finis Fabularum, quae in Aesopi Libro reperiuntur.

*Fin de las Fabulas, que se hallan en el Libro de Esopo.*

---

Cassita, & pulli ejus.

*CAssita in segete quadam ova sua pepererat, filiosque eduxerat. Cùm igitur die quadam ad quaerendum victum proficisceretur, filiis suis praecepit, ut quieti essent, ac quidquid audirent, redeunti sibi renuntiarent. Agrigola igitur, ad quem seges illa pertinebat, eò cum filio suo advenit, ac cùm maturam jam illam flavescentemqve vidisset, ait filio: Seges quidem haec ò fili, jam matura est, falcemque exposcit. Abeamus, amicosque rogemus, ut*

*La Cugujada, i sus hijuelos.*

UNa Cugujada avia puesto sus huevos en una mies, i criado alli sus hijos. Yendo pues un dia à buscar de comer, mandòles à sus hijos, que estuviessen queditos, i que quando bolviesse, le contassen todo lo que oyessen. El Labrador pues, cuya era aquella mies, vino alli con su hijo juntamente, i viendola ya estàr amarilla, i de segar, dijole à su hijo: Este campo, hijo, ya està de segar, i pide la hoz. Vamos, i roguemos

*ut ad illam metendam sint nobis adjumento: atque cùm haec dixissent, abierunt. Cassitae igitur è pastu redeunti trepidi filii quid audivissent, renuntiarunt: summisque precibus ut se inde educeret, ab illa contenderunt. At illa Securi, inquit, estote filii, timoremque deponite. Neque enim cras metetur seges. Die igitur sequenti eadem illis, qui pridie imperaverat, praecepit, ad pastumque ut consueverat, profecta est. Agricola igitur cum filio summo manè venit, sperans amicos, ut promiserant, venturos. Cùm autem ad multum diem expectassent, neque amici venissent, ait filio, Amici hi, ò fili, opinionem nostram fefellerunt. Eamus ad cognatos, opem-*

*que*

mos à nuestros amigos, que nos la ayuden à segar: i en decir esto se fueron. Bolviendo pues del pasto la Cugujada, los hijuelos temblando le contaron lo que avian oìdo, i mui encarecidamente le pidieron por merced, que los sacasse de alli. Ella les respondiò: Sossegaos, hijos, i perded el miedo. Que no se segarà mañana el campo. El dia pues siguiente mandòles lo mismo, que el dia de antes les avia mandado, i fuese, como solia, à buscar la vida. El Labrador pues mui de mañana vino con su hijo confiado, que los amigos vendrian, como lo avian prometido. Aviendo pues aguardado hasta que ya era tarde, i no aviendo venido los amigos, dixole al hijo: Engañadonos han, hijo, estos amigos. Vamos

à

*que ab illis, quam ab amicis petivimus, petamus, ut segetam hanc cras metere possimus. Quod cùm dixisset, abierunt: Cassitaeque pulli redeunti illi ex pastu, trepidi, quod audierant, narrarunt. Quae illos, & eo quoque die securos esse jussit. Neque enim incrastinum segetem messurum iri: siquidem cognati venturi essent ad metendum. Verum si quid, ait, cras dici audieritis, id mihi referte. Atque ita ad suum victum quaerendum profecta est. Agricola igitur cùm summo manè cum filio venisset, messurosque cognatos frustra ad diem multam expectasset, ait filio: Nil est jam, ò fili, quòd aut in amicis, aut in cognatis, spei quidquam reponamus. Vides enim*

à los parientes, i pidamosles el socorro, que pedimos à los amigos: para que mañana podamos segar este campo. I en decir esto, se fueron: i los hijuelos de la Cugujada, quando bolviò del pasto, contaronle atemorizados lo que avian oìdo. La qual les dixo, que estuviessen aquel dia sin temor. Porque no se segarìa el campo el dia siguiente: pues los parientes avian de venir à segarlo. Pero si mañana, dixo, oyeredes decir algo, contarmelo heis. I con esto se fue à buscar la vida. El Labrador pues viniendo mui de mañana con su hijo, i aviendo aguardado en balde hasta mui tarde à los parientes, que viniessen à segar, dicele à su hijo: No ai para que ya, hijo, tengamos esperanza ninguna, ni en los amigos, ni en los parientes. Pues

*quàm valdè nos utrorumque spes frustrata sit. Sed in crastinum nos ambo pellibus, falcibusque nostris assumptis segetem, quae id tantoperè efflagitat, metamus. Atque hoc ita in crastinum constituto, discesserunt. Redeunti igitur è pastu Cassitae pulli ejus, quae audierant, renuntiant. Tunc illa: Enimverò non est quòd jam hìc amplius immoremur, ait. Neque enim dubium est, quin seges cras metenda sit: siquidem illi, ad quos res pertinet, messum venire constituerint. Atque ita suos pullos in tutiorem locum asportavit.*

Fabulae explicatio.

*Fabula haec nos docet, nullam rem à quoquam fideliùs, diligentiusve, quàm à proprio domino curari.*

*Haec fabula desumpta est ex Noctibus Atticis Gellianis.*

Ven-

vès quan falsa nos ha salido la esperanza de los unos, i de los otros. Sino que mañana ambos à dos tomemos nuestros zamarros, i hoces, i seguemos el campo, que tanto lo ha menester. I concertando esto para el dia siguiente, se fueron. Bolviendo pues, del pasto la Cugujada, dicienle los hijos lo que avian oìdo. Entonces ella: No ai mas que aguardar aqui, dice. Porque sin duda ninguna se segarà mañana el campo: pues aquellos, cuyo es el interès, han determinado de venir à segarlo. I con esto llevò sus hijuelos à otra parte mas segura.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que ninguno ai que mas fiel, i diligentemenle trate qualquier cosa, que su propio dueño.

Esta fabula se tomò de las noches Aticas de Aulo Gelio.

*El*

## Venter, & reliqua Membra.

*Ventri reliqua Membra magnoperè invidebant, quod cùm omnia illa laborarent, aliquodque facerent officium, is solus, ut ignavus nihil omninò efficeret: sed aliorum Membrorum labore otiosus frueretur. Itaque facta conjuratione, nihil ei omninò tribuere, sed potius fame illum enecare decreverunt. Miser itaque Venter, cùm nihil omninò exteriùs acciperet, disperibat in dies, nihilque virium corpori poterat praebere, donec generali tabe corporis oborta, totum corpus unà cum suis omnibus Membris disperiit, atque dissipatum est,*

## *El Vientre, y los demás Miembros.*

Todos los otros Miembros tenian mui gran embidia al Vientre, porque trabajando todos ellos, i haciendo algun oficio, èl solo, como follon, no hacia nada, sino que ociosamente se comia los trabajos de los otros Miembros. De manera, que hecha conjuracion, determinaron de no darle nada, sino matarlo de hambre. El miserable Vientre, pues, como no tomava nada de fuera, ivase de dia en dia muriendose, ni podia dar ninguna fuerza al cuerpo; hasta tanto que procediendo una general corrupcion del cuerpo, perecciò èl con todos sus Miembros, y se deshizo.

### Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet, eam civitatem, in qua populus audiens dicto*

### *Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra, que aquella ciudad donde el pueblo no obe-

*ēto magistratibus non fuerit, stare non posse: sed necessariò iri dissipatum.*

*Hac fabulâ Mennenius Agrippa ille sapientissimus, optimusque civis Romanus, ut est apud Livium, plebem Romanam, quae Patrum odio in Aventinum secesserat armata, Senatui reconciliavit, atque in gratiam, communitatemque reduxit.*

bedeciere à los Magistrados, no puede durar: sino que de necessidad se ha de perder.

Con esta fabula aquel tan sabio, i buen ciudadano Mennenio Agrippa, como escrive Tito Livio, reconciliò, i redujo en gracia, i comunidad con el Senado à la gente popular de Roma, que de odio que tenia à los Padres, se avia retirado con armas al monte Aventino.

### Rhamnus, & reliquae Arbores.

*ARbores quondam cùm reginam sibi creare decrevissent, ad Olivam accesserunt, dixeruntque illi: Esto regina nostra. Quae respondit: Numquid olei mei pinguedinem desertura sum, qua vel dii ipsi utuntur, nedum homines, ut regina vestra sim: ac ves-*

### *El Cambron, i los demàs Arboles.*

UNa vez los Arboles teniendo determinado de elegir reina, vinieron à la Oliva, i dixeronle: Sè nuestra reina. La qual respondiò: Còmo he de dexar yo la grossura de mi azeite, del qual se sirven aun los dioses, quanto mas los hombres, por ser vuestra reina: i te-

*vestri curam sustineam? Arbores igitur ab Oliva repulsae ad Ficum advenerunt, eique imperium detulerunt. Quae illis respondit, se deserere nolle suos fructus suavissimos, melque dulcissimum eorum, ut fieret Arborum regina. Cùm igitur & de hac quoque spe Arbores cecidissent, Vitem sibi in reginam creaverunt. Cui cùm imperium detulissent, dixit illis: Quid? censetis nè, ut vinum meum deseram, quod Deum, & homines laetificat, ut regnum inter Arbores obtineam? Id nè mihi auctores estis? Omni igitur spe Arbores destitutae Rhamno imperium detulerunt. Qui cupide quidem imperium arripuit: suisque aculeis pessimè omnes Arbores tractavit.*

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos docet,*

tener cuidado de vosotros? Los Arboles pues, desechados de la Oliva, fueronse à la Higuera: i dieronle el señorìo. La qual les respondiò, que no queria dexar sus mui suaves frutas, i la miel dulce de ellas, por ser reina de los Arboles. Perdìda pues, tambien esta esperanza, los Arboles nombraron por reina à la Vid: i dandole el señorìo, dixoles: i còmo? pareceos, que dexe yo mi vino, que alegra à Dios, i à los hombres, por tener el reino entre los Arboles? Este parecer me dais? Los Arboles pues, perdìda ya toda la esperanza, criaron por rei al Cambron: el qual con gran codicia arrebatò el señorìo: i con sus espinas tratò à todos los Arboles mui mal.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos muestra

*cet, manifestè, eos qui ambitiosè, ut per vim imperium obtinuerint, tyrannicè illud fore administraturos: omniaque vel ad utilitatem quaestumque suum, vel ad suam voluptatem fore relaturos: publicamque utilitatem nequaquam curaturos.*

*Haec fabula desumpta est ex libro* Judicum, cap. 9. *quam dixit Joathan filius Jerobaal, sive Gedeonis, iis, qui fratrem suum spurium Abimelech fratricidam regem constituerant.*

tra claramente, que los que por ambicion, ò por fuerza tuvieren el señorio, lo administraràn tiranicamente: i todo lo encaminaràn, ò à su propia utilidad, i ganancia, ò à su propio regalo, i passatiempo: ni tendràn cuidado del bien pùblico, i comun provecho.

Esta fabula fue tomada del libro de los *Jueces, cap. 9.* la qual dixo Joathan, hijo de Jerobaal, ò Gedeon, à los que à su hermano el bastardo, llamado Abimelech, matador de sus hermanos, avian hecho Rei.

## Pinus, & Cucurbita.

*VEre ineunte, cùm quidam, qui ex urbe suum in oppidum redibant, requiescendi gratiâ sub quadam Pinu consedissent, Cucurbitae semina quaedam ex iis, quae ad serendum in hor-*

## *El Pino, i la Calabaza.*

EN la primavera unos, que se bolvian de la ciudad à su pueblo, sentaronse por descansàr debaxo de un Pino: i dexaron alli derramadas ciertas pepitas de Calabaza, de las que llevavan para sembrar en

*hortis deferebant, projicientes ibi relinquerunt. Cùm igitur multae essent pluviae consecutae, Cucurbitae semina, & temporis benignitate, & terrae fertilitate sublevata adeò excreverunt, ut citissimè usque ad ipsa Pinus cacumina pervenerint. Cucurbita igitur, quae recens è seminibus prodierat, Pinui convicium faciebat, eique ignaviam, & segnitiem exprobrabat suamque in crescendo diligentiam laudibus in caelum extollebat, quod ad eam altitudinem, ad quam Pinus vix multorum annorum curriculis pervenerat, ipsa non multarum certè dierum spatio pervenisset. Pinus autem ejus conviciis nihil omninò respondebat, sed rei eventum prudenter expectabat. Donec vere transacto, aestatemque adveniente, cùm Sirii ortu atque*

en sus huertos. Sucediendo, pues, muchas lluvias, las pepitas de la Calabaza valiendose de la benignidad del tiempo, i de la fertilidad de la tierra, crecieron tanto, que se subieron hasta las mas altas ramas del Pino. La Calabaza, pues, que avia nacido de las pepitas nuevamente, afrentava al Pino notandolo de floxo, i negligente, i encumbrava con alabanzas hasta el Cielo la diligencia que èsta avia puesto en el crecer, pues, al altura, à la qual apenas el Pino avia podido alcanzar en muchos años, ella avia alcanzado en pocos dias. Mas el Pino no le respondia palabra à sus afrentas, sino que discretamente aguardava el sucesso del negocio. Hasta que passado el verano, i viniendo el estìo, quando ya cessaron llas lluvias en los ca-

*que pluviae cessassent, ardentissimique calores supremam terram adusissent, Cucurbita quidem cui nulli curae fuerat altas agere radices, sed omnem operam dederat, ut ad Pinus cacumen perveniret, humore deficiente exsiccata est: Pinus verò, quae longo tempore profundissimas egerat radices, hausto per illas è profunda terra humore vim caloris devitavit, atque ita conservata est.*

caniculares, i los mui ardientes calores abrasaron la cara de la tierra, la Calabaza que no avia tenido cuenta con echar hondas raices, sino que toda la diligencia avia puesto en subir a las puntas del Pino, faltandole el humor, se secò: i el Pino, que con el largo tiempo avia echado mui hondas raices, tomando por ellas humor de la tierra honda, se librò de la fuerza del calor, y assi se conservò.

Fabulae explicatio.

*Haec fabula nos admonet, ea imperia quae bello, & armis parta sint, nisi legum aequitate, prudentiumque hominum sanis consiliis gubernentur, non posse diù perseverare.*

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa, que los señorios que por guerra, i armas se alcanzan, no pueden conservarse mucho tiempo, sino son con leyes justas, i consejos sabios de hombres prudentes governados.

---

Finis Fabularum, Hispanè, Latinèque scriptarum.

*Fin de las Fabulas escritas en Romance, i en Latin.*

[illegible]

Fabulas explicadas.

*Hæc fabula nos ad-*
*monet* , [illegible]

[illegible]


[illegible] el Hombre , [illegible] I el
[illegible] , que con el largo
tiempo para echarlo , [illegible]
[illegible] , [illegible]
por [illegible] desde
[illegible]
[illegible] y assi
se destruyen.

*Declaracion de la Fabula.*

Esta fabula nos avisa,
que los enemigos que por
guerra , [illegible]
[illegible] , no pueden conser-
varse mucho tiempo, si-
no con unas leyes justas,
i consejos [illegible]
[illegible] prudente govierno.
[illegible]

---

*Fin de las Fabulas* [illegible]
[illegible] *Romance,* [illegible]
[illegible]



Abril Fabulae